2 ¶ Secũdo nota, ꝙ cõfirmatio ſequens nõ operatur, vt de tempore antecedẽti poſſit accuſare. Cõtra hoc facit ĩ. prox. §. ſi qs plane. Sed rñd. ibi loquitur de ea. que ab hoſtibus eſt reuerſa. ⁊ ſic fictio poſtliminij fingit eã retro fuiſſe i ciuitate: ſed in iſtis tribus primis caſibus loquit̃ qñ fictio non vendicat ſibi locum. Contra hoc opp. ⁊ nõ videt̃ bene dictũ, nã qñ concubina nupſit amaſio, retro fingitur fuiſſe vxor, ⁊ filij legitimãtur, vt Iuſti. de nup. §. ſi. ⁊ l. pe. ⁊ antepe C. de natu. lib. Sol. ibi trahitur retro quo ad legitimationẽ liberorũ, nõ quo ad alia. ¶ Itẽ op. ad v. vl̃ i filia famil. Ratihabitio ſequẽs retrotrahit̃, vt C. ad Mace.
3 l. ſi ergo cõſenſus patris dꝫ retrotrahi. Reſp. † illa regula, ꝙ ratihabitio retrotrahat̃, loquitur in his, que nomine noſtro geſta ſunt: ſed hic matrimoniũ contractũ per filiã, nomine patris, nõ ſui contractum. Unde illa regula, quod ratihabitio retrotrahatur, ad hunc caſum nõ porrigitur. Uel aliter, ratihabitio re
a trotrahitur, verum eſt exiſtẽtibus rebus integris[a], ſecus ſi alia
4 mutatio ſuperuenit. arg. l. bonorum. ſ. rem ratam hab. † Et hoc
b inducit Dy.[b] in argumentum ad queſtionẽ[c], ſi quis fecit paceꝫ
c pro ſe ⁊ ſuis complicibꝰ, ⁊ ſequacibus, demũ vnus ex complicibus fuit offenſus antequam ratũ haberet. quod ratihabitio ſequens non porrigatur ad delictum commiſſum ante ratihabi
d tionẽ. Hoc non examino modo. ¶ Ultimo volo[d] vos ſcire vnũ. Aliquis accuſauit aliquem, quod per vim cognouit quandam
5 mulierem. qualiter debet verba concipere? † Uidi quoſdaꝫ, qui ſic dixerunt, ꝙ cognouit talem violenter. Certe non bene dicit, quia verbum violẽter, poteſt intelligi actiue ⁊ paſſiue. Nam poteſt intelligi quod fecit violẽter, vel qꝛ fecit vim mulieri: vel qꝛ paſſus fuit vim ab ea, nam iſta nomina verbalia poſſunt intelligi actiue ⁊ paſſiue, l. filiusfamili as. ſ. đ teſta. ⁊ l. iij. ⁊ ibi no. ſ. de duob. reis. Idem ſi diceret, cognouit taleꝫ per violẽtiam, ideo debet dicere in libello expreſſe, quod talis cognouit talem paſſam ab eo vim, committendo adulterium, vt dicitur hic, ⁊ l. vim paſſam. ĩ. eod.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Rebus integris. Limitatio ad iura dicentia, ratihabitionem retrotrahi: qꝛ talis ratihabitio impedit̃ propter mediũ inhabile interueniẽs, d. l. bonorũ. rẽ rat. habe. ⁊ no. Bar. ⁊ Bal. in. l. j. C. qui admit. ⁊ Bar. in l. ſi is qui ꝓ emptore. ſ. de vſuc. ⁊ Bal. in l. obſeruare. §. ꝓficiſci. de offi. ꝓcõ. ⁊ in l. fi. C. ad Ma. ⁊ vide no. in l. eũ actũ. ſ. de neg. geſt. ⁊ in l. matrem. C. de ꝓba. ⁊ per Barto. Rapha. ⁊ Imo. in l. non ſolum. §. ſed vt ꝓbari. de ope. no. nun. ⁊ in c. mandatũ. de reſcrip. ⁊ i c. ſi eo tẽpore. de ele. in vj. ⁊ i cle. j. de reſcri. vbi p Jo. Et adde, ꝙ ſi quis apponat cuſtodes, ꝙ per cuſtodiam longi temporis intelligetur mandatũ cuſtodiendi interueniſſe, l. ſi alius. C. de peti. here. ⁊ ibi Bar. ⁊ l. q in aliena. §. ſed. ⁊ ſi nõ adierit. de acq. here. Et ad Bar. hic, vide Cy. ⁊ Bal. ⁊ in l. j. C. per quas perſonas. Ange. in l. j. C. de acqui. poſ. ⁊ vide ad predicta Ang. in l. ſi ego. de neg. geſt. poſt Jac. de Are. ibi in addi.
b Alex. ¶ Et hoc inducit Dy. Tene mẽti. vide Bald. in l. fi. C. ad mace. ⁊ vide ꝙ no. Ang. ĩ l. q religioſis. ſ. đ rei vẽdic. vcꝫ. an pax facta cũ principalibus, videat̃ facta cũ adherentibꝰ, ⁊ in aut. de here. ⁊ fal. in prin. ⁊ in l. j. C. ſi rector ꝓuincie. ⁊ l. is qui opem. ſ. de fur. ⁊ vide tex. in c. ad apoſtolice. de re iudi. in vj. ⁊ not. dictũ Inn. qui laudat fidelitatẽ eccleſie, que in pace fienda ſemp prepoñit adherẽtes, ⁊ vide tex. ſin. ſm Mod. in c. j. de poſt. prela. ibi in larga interpretatione veniunt adherentes, ſicut ĩ ſtricta.
c Alex. ¶ Ad q. facit gl. in l. j. §. de. eciſſe. de vi ⁊ vi arma. adde Bal. ĩ l. ſi ad Mace. Et q dicant̃ ſequaces ⁊ cõplices, vide tex. ſm Bal. ſing. ĩ l. vnica. C. ſi rec. ꝓuin. ⁊ ibi Bar. Ad q. de qua p Bar. hic, vid Pau. de ca. ĩ l. bonorũ. ſ. rẽ ra. ha. Et q dicant̃ cõplices, q ſequaces, vide que ſcripſi ẽ d. l. vnica. Adde, qui dicantur cõplices, adherentes, ⁊ ſequaces. Ang. in cõſi. cclv.
d Alex. ¶ Ultimo volo. Adde Bar. in l. ij. in fin. §. de duo. re. ⁊ ĩ l. ſcio quoſdam. ſ. de manu. teſt. ⁊ pro hoc facit glo. j. in prin. in l. j. C. de procur.
† ¶ Claud. de Seyſſel. Pro huius dicti confirmatione vide qđ not. Alex. in l. quod meo. in prin. ſ. de acquir. poſſeſſ.
1 ☞ Minor xij. an. excreſcendo penes maritum in etatem legitimam incipit eſſe vxor.
a §. Si minor.[a] Not. ꝙ illa que eſt minor xij. annis ex
1 creſcẽtudo penes maritum in etatem legitimam incipit eſſe vxor. qđ intellige. niſi ſpes ſponſaliorum eſſet ſoluta, vt ſ. eo. l. miles. §. querebatur. Not. text. in §. ſed ⁊ ſi qua. in fi. ibi, abſoluit enim, ⁊c.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Si minor. Quomodo autem puniatur qui puellam minorem xij. annis defloraauit, vide Bal. in l. ſi quis, non dicam rapere. C. de epiſco. ⁊ cleri. ⁊ Joan. And. in c. j. de deſpõ. impub. in vj. in nouel.

§. Idem dicendum. Nota textum ibi, ſero enim accuſat.

LEX XIIII.

1 ☞ Mandatores pactionum illicitarum, eadem pena tenentur, qua ipſi facientes.

Eius ope. No. ergo, ꝙ iſti mandatores iſtarum pactionũ illicitarum tenẽtur eadem pena qua tenẽtur ipſi fa-
1 cientes, † quod tene menti.
1 ☞ Exceptio lenocinij eſt dilatoria, non peremptoria.
§. Si vir. Uides ergo. ꝙ lenociniũ mariti non excuſat
1 mulierẽ, licet iſta exceptio † repellat maritum ab accuſando, ſi opponat̃ ante nomẽ rei receptũ inter reos. Et ex hoc patet ꝙ iſta exceptio eſt dilatoria nõ peremptoria, licet gl. dicat contrariũ ĩ. lege proxi. §. preſcriptiones. ⁊ ibi dicam.
§. Iure mariti. Op. ⁊ videt̃, ꝙ ille qui accuſat iure mariti teneat̃ de calũnia, vt. C. e. l. q̃uis. ⁊ l. iure mariti. ⁊ l. auxiliũ. ſ. de mino. Gl. dat plures ſo. Breuit̃ iũge primã cũ vltima, ⁊ erit vera aut accuſat poſt lx. dies, ⁊ tũc tenet̃ de calũnia maritꝰ: qꝛ nõ accuſat iure mariti, ſꝫ iure extranei, l. miles. §. ſexaginta. ſ. e. ti. Aut accuſat intra lx. dies, ⁊ tũc nõ tenet̃ de calũnia preſumpta, vt in contrarijs: ſed de euidenti calumnia bene tenetur, vt hic. Quero, quod priuilegium hꝫ pater ⁊ maritus? dic vt in gl. ⁊ bene.

LEX XV.

1 ☞ Duo quãdo habẽt equale ius, an ſit locus poccupationi.
a Si maritus.[a] Tene mẽti iſtud prin. qñ duo habent equale ius, ⁊ eſt locus preoccupationi, ſi vnus impeditus eſt, impedit̃ socius.

ita vides hic.qđ eſt no.Quid ergo dices:In ciuitate iſta Po-
teſtas ⁊ capitaneus quilibet hꝫ equalem iuriſdictionē in maleſi
1 cijs,eſt ne locus preoccupationi:†Item in quibuſdā terris vidi,
vt Piſis,ꝙ duo domini habent iuriſdictionem,vcꝫ,vt ille qui
preoccupauerit.ille ſibi habeat cognitionem de maleficijs. Ua
cante ergo officio Poteſtatis hic,poteritne preoccupare Capi
taneus:Hic videtur tex.eſſe,ꝙ non.Cogitabis tamē.

ADDITIO.

a Alex.¶ Si maritus.Addo c.ſi duo.de procur.in vj,⁊ quod ha-
beo in l.ij.de verb.obl.Adde Bar.in l.iij.per.illum tex.de offi.
prefe.vig.⁊ Ang.in l.ſi vacantia.de bo.vacan.lib.x.⁊ quod not.
Bar.in l.ij.§.⁊ quidem.ad Tertul.⁊ vide Bar.in l.j.de offi.pro
con.⁊ adde qđ Ang.hic cōtrarium tenuit per.l.j.de offi.ꝓcon.
quod eſt verum.niſi prioris iudicis aliquid intereſſet,vt q2 dꝫ
habere ſportulas.

**§. Legis Julie.** Aut eſt abſens cauſa reipublice,
⁊ in alia prouincia,aut in eadem.
Primo caſu aut fuit abſentia procurata,⁊ ſibi nō prodeſt:alias
prodeſſet,vt contra eū nō procedatur. Secūdo caſu pōt contra
eum procedi,vt ibi dicitur,⁊ hic eſt vna de allegationibus que
poſſunt fieri per accuſatorē,vt dixi in l.pe.§.ad crimē.ſ.de pu.
a iudi.¶ Item no.ᵃ in hac lege,aliud†eſt quē eſſe abſentem, aliud
1 eſt vice abſentis haberi:vt aliud,eſt merx,⁊ aliud eſt haberi loco
mercis,l.mercis.j.de verb.ſig.⁊ aliud eſt remiſſio,aliud eſt vice
remiſſionis haberi,l.pretor.§.j.ſ.de ope.no.nun.Pro hoc ſ.ꝺ
ſuis ⁊ legi.l.j.in prin.Et ſic facit ad queſt.ꝙ aliud eſt quē eſſe ci
uem,aliud loco ciuis haberi.Aduerte in his que ſunt facti vere,
aliud eſt tale eſſe,aliud eſt haberi pro tali,vt hic,aliud eſſe ab-
ſentem,⁊ aliud haberi pro abſente,vt hic dicitur.Nō enim poſ-
ſet facere lex ꝙ ille qui eſt preſens,eſſet vere abſens:ſed pōt face
re,ꝙ habeat pro abſente,l.i bello.§.facte.j.de ca.⁊ poſtli.reuer.
Sed i his,que ſunt iuris idē eſt eſſe talē,vel haberi pro tali,niſi
ratione cōtrarietatis aliud dicatur.Exemplū.dicit ſtatutū,ꝙ fi-
lia nupta in omnibus habeat vt ſui iuris:Ego dico,ꝙ iſta eſt ve
ra ſui iuris,q2 ſtatutū poteſt hoc facere,vt in auth.conſti.que de
dig.per totā cōſti.⁊ in aut.ſed epālis dignitas.C.de epi.⁊ cleri.
Et idē dico in omnibus que ſunt iuris,vbi lex dicit,qđ factū ha
beatur pro nō facto:q2 vere nō eſt factū quo ad id,ꝙ iuris eſt,q2
obligatio nō naſcit,l.non dubiū.C.de legi.ſed ſi ex eo reſultaret
cōtrarietas,tūc eſt aliud eſſe talē,⁊ aliud haberi pro tali. Exem
b plūᵇ,filiusfa.in caſtrēſi peculio habet vt paterfa.l.ij.ſ.ad Ma-
ced.nō eſt vere paterfa.q2 non poteſt eſſe pro parte paterfa.⁊ ꝓ
parte filiusfa.q2 ſic reſultaret cōtrarietas,qđ eſſe nō dꝫ,l.ſi pari-
ter.in fi.ſ.de lib.cau.Hoc dico plenius in l.ſi is qui ꝓ emptore.
ſ.de vſuca.¶ Ad propoſitū,ſi ſtatutū huius ciuitatis dicat,qđ
aliquis habeat pro ciue,qd importēt iſta verba,hic eſſent viden
da duo.Primo,an ex hoc ille ſit vere ciuis:⁊ ex ꝓcedētibus po
teſt colligi,⁊ dixi plene in d.l.ſi is qui pro emptore.ſed nūc exa
mino.Secūdo eſt vidēdū,poſito ꝙ eſſet vere ciuis.qd importet,
c haberi pro ciue:Rū.cin his que ciuitas iſta poſſet ꝯcedere ciui
bus,haberet pro ciue,⁊ vt ciuis tractabit:ſꝫ i his,que habēt ci
ues iſtius ciuitatis aliunde,quā ex cōceſſione ciuitatis:vt puta
reſcripto Principis,vel Pape,tūc non haberet,nec tractaret
pro ciue.Hoc probo ꝑ l.codicillis.§.fi.ſ.de le.ij.vbi dixit teſta-
tor,ꝙ volebat volūtatē ſuā hri pro legitime facta,illa verba im
portāt i his,que pōt teſtator,ſ.vt valeat iure codicillorū:nō aūt
importāt,ꝙ ſolēnitas teſtamēti videat diminuta,q̄ veniebat au-
d thoritate legis,l.nemo pt.ſ.ꝺ leg.j.Ideo cū ciuitasᵈ iſta habeat
priuilegiū a ſummo pōtifice,vt ciues huius ciuitatis nō poſſint
trahi ad iudicium extra ciuitatē,iſtud priuilegiū non tradit ad
terras ſubditas,quarū ciues habentur pro ciuibus huius ciui-
tatis,ſed habet locum tantum in veris ciuibus huius ciuitatis.

ADDITIONES.

a Alex.¶ Item not.Facit tex.in l.rei iudicare.ſ.ſol.mat.cum ſi.
vbi aliud eſt quem eſſe patrem.⁊ aliud haberi ꝓ patre,vel loco
patris eſſe.⁊ facit tex.in l.interdum.§.qui tutelam.ff.de fur.⁊ in
l.j.C.de his qui ſub modo.
b And.Barb.¶ Exēplū.Et no.ꝙ vr̄ ſentire hic Bar.ꝙ filius nō
poterit emācipari ad vnū actū.vide q̄ plene addidi ad Bar.i l.
ſeniū.C.de teſta.⁊ vide Bal.in l.iij.§.ſi emancipatus.ſ.de cōtra
tabul.vbi ponit de ſcholari.vide Bal. i l.ij.C.de iure an. aureo.
c Alex.¶ Reſp.Uide Bar.in l.ſi is qui pro emptore.de vſuca.⁊
Bal.i l.ſi nō ſpeciali.C.de teſta.⁊ Bar.i l.Deo nobis.C.de epi.
⁊ cle.ꝑ Jac.de Bel.in auth.qb.mod.nat.effi.ſui.i ſua diſpu.⁊ ꝙ
no.Bar.i l.iij.§.ſi emācipatꝰ.ff.de cōtra tab.⁊ Bal.in l.ſi Ruf-
finus.ver.itē no.C.de teſt.mil.Nā tale ſtatutū nō facit quē habe
ri ꝓ ciue quo ad originalia.de quo vide Bal.i aut.ſed oīno.C.
ne vxor pro ma.⁊ vide Bal.i l.ſiue poſſidetis.de prob.Bal.i l.
pignus.de pig.act.dicit etiā Bal.in aut.ad hec.de vſur.ꝙ ſtatu
tum dicens talē haberi pro ciue originario,denotat fictionem
non autē veritatem,⁊ dixit Bal.in l.ciues.verſi.querit gl.C.de
app.ꝙ appellatiōe ciuiū nō veniūt niſi ciues originarij,non ci-
ues ex pꝛiuilegijs,vbi agit ꝺ odio:ſecꝰ de fauore.Bal.i l.cū i ado-
ptiuis.§.q̄ i filio.in pn.C.ꝺ adop.ꝙ ille ordo q ſeruet in officijs,
in ciuitate originis,ſeruat ēt ciuibus ex priuilegio,Adde text.⁊
ibi Bal.in l.j.C.ad leg.Jul.ma.⁊ Bal.i l.oēs populi.ff.de iuſt.
⁊ iu.Et quis dicat proprie ciuis vel de patria.vide Bal.i l.ſi nō
ſpeciali.de teſt a.⁊ Bar.i l.iij.§.hec verba.de neg.geſt.⁊ d.Ant.
in c.ex parte.in prin.de ſpon.Adde que pulchre cōſuluit Bal.
conſi.cclxix.incip.viſa petitione.lib.iiij.⁊ Rom.conſi.lxij.
d Clau.de Seyſſell.¶ Ciuitas iſta.Adde Alex.cōſi.clxxviij.vo.j.

1 ¶ Deſiſtere,ſeu renunciare proceſſui iam inchoato an impe-
diat iudicem proſequi ſuper eodem proceſſu.
2 Deſiſtere,ſeu renunciare,⁊ paciſci,ſeu trāſigere ſuper proceſſu,
quando faciat reum haberi pro confeſſo.
3 Renunciare proceſſui ſeu ab eo deſiſtere an faciat deſiſtētem in-
cidere in Turpilianum.
4 Deſiſtens ab accuſatione,vel proceſſui renuncians,an admitti
tur ad iterum accuſandum.

a §. **Si negauerint.** ᵃ Iſte §.habet duas lec.prin
cipales.Prima,in eo,qui re
nunciauit ante accuſationē propoſitā.Secunda,in eo qui renun
ciauit poſt accuſationem propoſitam.¶ Dicitur hic,ꝙ ille qui
negauerit,nō auditur poſtea,⁊ ſic innuit qđ pactū de non accu-
ſando de adulterio valeat.Cōtra in l.trāſigere.C.de tranſa.Di
cit gl.hic nō fuit tranſactio,nec pactū,ſed fuit quedā illicita re-
pudiatio.Et eſt ratio,q2 repudiādo accuſator videt dicere ſe nō
habere ius,l.ſi aduerſarius.C.de fide inſtr.qđ non fit per trāſa
ctionem.Uidete domini,iſta ſolutio nō placet mihi.Naꝫ iſta ra
tio bene cōcluderet inter renunciationē ⁊ trāſactionē:ſed in pa
cto ſimplici eſt eadē ratio,que in renūciatione.nā paciſcendo ſi-
ne pecunia,reus nō dr̄ crimē cōfiteri.l.furti.§.pactus.§.de his
qui no.infa.ſed d.l.trāſigere.dicit trāſigere.vel paciſci,⁊ ſic loq
tur de pacto ſimplici ⁊ tranſactione. Quid ergo dicemus:dico
ꝓut lex iſta intelligit in eo,qui negauit,poſt accuſationē propoſi
† tā,ꝙ hic nō audit:ideo q2 deſiſtēdo†eſt infamis,l.q deſtiterit.j.
ad Tur.⁊ l.ij.§.ſ.eo.⁊ C.qui accu.nō poſ.l.accuſationē.tranſa-
ctio tamē nunꝙ̄ valuit d.l.tranſigere.vnde nō obſtat illa lex:ſꝫ
prout hec lex intelligit in eo,qui deſiſtit ante accuſationē ꝓpoſi
b tam.Sol.vt dicā j.proxi.cōtrario.¶ Op.de le.ijᵇ.§.ſi is.ſ.de
ſepul.vio.Sol.plures dant.Una ꝙ ibi diſtulit:hic oīo deſtitit.
iſta bona eſt in ſe.Uel aliter,hec intelligitur ſꝫm illam ꝙ nō audi
tur,ſcꝫ,ſi eſt ab alio preuētus,⁊ hoc intelligēdo,qđ dixit ſe nolle
agere ante accuſationē propoſitā,⁊ ſꝫm hoc nō obſtat d.l.trāſige
c re.Alij,vt Jo.dicūt ſpecialeᶜ in crimine adulterij,vt qui dixit ſe
nolle agere,de cetero nō auditur.Hāc opi.ꝓut verā probant ꝑ
caſum ſ.eo.l.miles. §.ſocer.Itē probat per rationē,ille enim q
negligit vindictā domus ſue,quodā modo in crimen lenocinij
incidit,vt habuiſtis in l.ij.ſ.eo.Secundū hoc rūdetur ad d.l.
tranſigere.qđ nō valet tranſactio,cū ille qui tranſigit,repellere-
tur nō ex vigore trāſactionis:ſed q2 ſuſpectus eſt in accuſatione
¶ Ulteriꝰ op.de l.qui deſtiterit.j.ad Turpil.Sol.illa lex facit
pro.¶ Itē op.de l.ſi quis libellus.C.de appel.Rūdeo ibi fuit i
ſta penitētia hic iniuſta eodē modo rūdet ad legē non nūquā.ſ.
1 de col.bo.¶ †His viſis,quero de tribꝰ queſtionibꝰ.Prio q̄ro,
vtrū iſtud deſiſtere,ſeu renūciare ꝓceſſu i iā inchoato impediat
d iudicēᵈ ꝓſequi crimē ſuper eodē ꝓceſſu:Rūdeo,Aut eſt crimē
ſuꝑ quo licet trāſigere,⁊ tūc impedit iudicē ꝓſequi crimē ſuꝑ eo
dē proceſſu,⁊ hic eſt caſus in d.l.tranſigere.⁊ l.fi.de preuari.Si
vero nō licet trāſigere,tūc iudex ſuꝑ eodē ꝓceſſu poterit crimē
2 proſequi,l.ij.C.de abolitio.¶ †Secūdo q̄ro,vtrū iſtud deſiſtere
e ſeu renūciare,⁊ paciſci,ſeu trāſigere,faciat reū hri ꝓ confeſſoᵉ:
Rū.aut ſunt caſus in quibꝰ licet trāſigere,⁊ nō habet ꝓ confeſſo
reus,l.fi.ſ.ꝺ preuari.⁊ d.l.trāſigere.aut ſunt alij caſus,⁊ tūc aut
deſiſtit accuſator recepta pecunia a reo,⁊ habet reus ꝓ cōfeſſo,
3 alias ſecus,l.athletas.§.fi.⁊ l.ſe.ſ.de his,q no.infa.†Certio eēt
vidēdū.an iſtud deſiſtere ſeu renūciare,faciat incidere i Tur-
pilianū deſiſtentē:⁊ hic eſſet vidēdū,aut renūciauit añ accuſatio
nē ꝓpoſitā,aut poſt accuſationē ante litē cōteſt.aut poſt litē cōte
ſtatā deſiſtat.Primo caſu nō incidit in Turpilianū,l.miles.§.ſo
cer.ſ.e.Secūdo caſu ⁊ tertio dic,vt i l.in ſenatuſconſultū.§.qui
4 poſt.j.ad Turp.†Quarto eſt vidēdū,vtrū ille q deſtitit,ſiue re
nunciauit,admittat iterū ad accuſandū,⁊ hec eſt noſtra materia,
in qua diſtingue.Aut loquitur in caſibus.in quibus licet tranſi
gere,⁊ de cetero non admittetur,d.l.tranſigere.Aut in caſibus
in quibus nō licet trāſigere,⁊ tūc aut renunciauit antequā accu-
ſatio proponeretur,aut poſt.Primo caſu,ſi qdē eſt a balio pre-
uentus,nō admittitur ad accuſandum iterum,l.iij.§.ſi is.ſ.de
f ſepul.vio.Si non eſt preuentusᶠ,admittet ad accuſandū,vt ibi.
Fallit in crimine adulterij,vt hic.⁊ ꝓbat in l.miles.§.ſocer.ſ.e

ſecundo caſu, quando deſiſtit poſt accuſationem propoſitam, tunc de ceter. non poterit accuſare, nec auditur, non ꝗ pactio illa de deſiſtendo valuerit, ſed repellitur propter ſuſpicionem, ⁊ propter infamiã, d. l. qui deſtiterit. j. ad Turp. ⁊ l. accuſationẽ. C. qui accu. nõ poſ. Ultimo quero, vtrũ hoc ſit verũ de iure can. dic de hoc, vt no. ꝑ Inn. extra de collu. deteg. c. crimina. dic vt ibi.

ADDITIONES.

a ¶ Si negauerint. Pro cõcord. aduerte ꝙ faciens pactum poſt delictum cõmiſſum ante accuſationem propoſitã de nõ accuſando, repellitur ille paciſcens ab accuſando. Ita Bar. in l. tranſigere. C. de tranſa. Cõtra videtur in hoc §. ſi negauerint. Tu dic prima opi. intelligitur in caſibus, vbi poteſt tranſigi vel paciſci. Secunda opi. intelligitur in caſu, quando fuit facta tranſactio, vel pactũ, in caſibus a iure prohibitis, ⁊ non peruenitur ab alio. Ita ipſe Bar. concordat in hoc §. ſi negauerint. quaſi in fine.

† Claud. de Seyſ. ¶ Quia deſiſtendo. Contra iſtud tenet Aret. in c. licet in beato. de accuſat.

b Alex. ¶ Opp. de leg. iij. Ad hoc vide glo. ⁊ ꝗ not. ibi, in l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. ff. de pactis.

c Alex. ¶ Dicũt ſpeciale. Adde ꝗ no. Bald. in l. trãſigere. C. de tranſact. vbi dt, ꝙ lꝫ accuſator nõ poſſit renunciare accuſationi, tñ ex renũtiatione dr cõfiteri ſe ius nõ habere, ⁊ ſic cõfitet̃ reũ innocentẽ, ⁊ iſtud preiudicat ſibi ſoli, ⁊ ibi vide per eũ poſt Bar.

d Alex. ¶ Impediat iudicem. Utrũ accuſatione renũciata ꝑ accuſatorem, poſſit iudex proſequi adde que dixi poſt Bar. in l. libellorum. §. fi. de accuſa. aliquid per Moder. in c. licet. de accuſa.

e Alex. ¶ Pro confeſſo. Adde quid ſi accuſatus de adulterio, cõponit pro pecunia cũ iudice, an ꝑ hoc videat̃ confeſſus crimen, Pau. de Caſt. conſi. cxix.

f Alex. ¶ Preuentus. Sed aduerte, q2 videtur ꝙ opinio repellatur ab accuſando, ſm Bar. in d. l. tranſigere. etiã ſi dicit, ꝙ trãſactio facta ante accuſationẽ de crimine, de quo non poteſt tranſigi, repellit trãſigentem ab accuſando, ⁊ vide not. in l. libellorum. §. fi. s. de accu. ⁊ gl. ⁊ Bal. in l. accuſare. C. de accu. ⁊ Bar. in d. l. miles. §. ſocer. s. eo. ⁊ Moder. in c. fi. de accuſa. ⁊ gloſ. in l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. s. de pac. vbi per Bart.

1 ☞ Minor xxv. annis non accuſat de adulterio, alias ſic, ſi eſt maior viginti annis.

2 Exceptio nulla poteſt obijci proſequenti ſuam, vel ſuorum iniuriam.

3 Exceptio lenocinij poteſt opponi minori, ante nomen receptum inter reos, ſed poſt non.

4 Accuſatori que exceptiones opponi poſſunt.

5 Minor vinginti annis, quibus caſibus tanquam maior admittatur in iudicio.

## §. Lex Julia.

Minor non poteſt accuſare de adulterio, niſi de commiſſo cum vxore ſua,
1 ⁊ in eo de facili calũnia nõ preſumitur. h. d. Not. in prima parte, ꝙ minor xxv. annis nõ poteſt accuſare de adulterio, ⁊ eſt ſpeciale in hoc crimine, alias de publico crimine poteſt accuſare, ſi eſt
a maior xx. a an. l. ij. ⁊ l. qui accuſare. ⁊ ibi no. s. de acc. Secũdo † ha
2 betis, ꝙ ſuam iniuriã proſequenti nulla exceptio obijcitur. Contra s. ea. l. in prin. vbi obijcit̃ ei, ꝙ eſt magiſtratus. Huius timore dicit gl. ꝙ due exceptiones, ſcꝫ etatis ⁊ lenocinij, nõ obijciun-
3 tur minori. ſed cetere exceptiones ſic. Aduerte, iſtud † ꝗ glo. dicit, ꝙ exceptio lenocinij nõ obijcitur minori, eſt verum ſicut non obijcitur maiori, ſcꝫ poſt nomen rei receptum inter reos: ſed eo caſu, quo poteſt obijci maiori, poteſt obijci minori, q2 eſt doli capax, ⁊ in eo cadit delictũ, ergo in hoc delicto punietur, vt maior,
4 l. impuberem. j. de fal. ⁊ l. auxiliũ. §. j. delictis. s. de mino. † Pro declarãda hac glo. aduerte, quedam ſunt exceptiones que mere reſpiciunt perſonam accuſatoris, ⁊ iſte nõ opponuntur ſuã iniuriam proſequẽti. caſus eſt hic. Fallit in illa exceptione, ꝙ ſit magiſtratus, vt hac lege in prin. Ratio, q2 magiſtratus poteſt eſſe reo terribilis: ⁊ etiam q2 hoc rei publice preiudicaret, l. qui accuſare. s. de accu. Quedam ſunt exceptiones, que reſpiciũt ipſum delictum tantũ, vt exceptio preſcriptionis, vel alia, que reſpicit delictum, ⁊ iſta poteſt opponi cuilibet accuſatori, vt dicit gloſ. ⁊ bene. Quedam eſt exceptio que reſpicit perſonam accuſatoris, ⁊ accuſati miſtim, vt qñ filius, vel libertus accuſat patrẽ, vel patronum. vel ſeruus dñm, ⁊ iſte exceptiones poſſunt obijci, ſm ꝗ
5 vidiſtis in l. hi tamẽ. §. j. s. de acc. Si aũt † vultis ſcire in quibus caſibus minor xxv. an tãquam maior admittatur in iudicio, videte Inn. extra de reſti. ſpo. c. ex parte. in gl. ſuper verbo, minor. Ultimo j. in §. minorẽ. vid gl. i verb. agit. ꝗ inci. ſic. s. de minor. l. iij. ⁊c. ibi, arg. cõtra, ⁊c. Sol. vt no. i d. l. iij. §. minorẽ. s. de min.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Maior xx. Adde Jo. And. in addi. ad Spe. in ti. de accuſa. li. j. ver. ſed quid de pubere, ⁊ ibi quare minor xxv. an. non admittit̃ ad teſtimoniũ niſi ſit maior xx. ⁊ tñ admitti t̃ ad accuſ.

1 ☞ Exceptiones peremptorie in criminalibus, poſſunt opponi vſque ad ſententiam.

2 Exceptio lenocinij. eſt dilatoria, ⁊ non poteſt opponi poſt nomẽ receptum inter reos.

## a §. Preſcriptiones.

a Hic eſt bonꝰ §. multũ. Opp. C. ſentẽ. reſcin. nõ poſ. l. Peremptorias. Glo. dicit fateor hoc eſſe verũ in exceptio
1 nibus dilatorijs: perẽptorie † vero poſſunt opponi vſqꝫ ad ſententiã, ſicut in ciuilibus. hec eſt vera opinio. Alij dicunt, ꝙ in criminalibus perẽptorie debent opponi ſemper ante nomen rei receptũ inter reos. hoc nõ placet: q2 idem modus procedendi i criminali eſt, ſicut in ciuili, l. abſentem. j. de penis. Preterea defenſiones reorum perquirunt̃ qñqꝫ poſt ſniam, l. j. i fi. de queſt. multo magis ante ſniam. Quod etiã apparet, q2 in criminalibus dãtur plures dilationes, ꝗ in ciuilibus, l. pecuniarijs. §. de ferijs. ideo tene primaꝫ ſolutionem. Sed ꝯ hoc op. de l. ij. §. ſi publico. s. eo. Sol. Dicit gl. ſpeciale eſt in lenocinio, que exceptio licet ſit perẽptoria: tñ poſt receptũ nomẽ rei inter reos non põt opponi.
2 Hoc nõ eſt bñ dictũ: † q2 exceptio lenocinij non eſt perẽptoria, q2 per eã delictũ nõ perimit̃, ſed accuſator ab accuſando repellit̃, et ſic tantũ perſona reijcit̃, vt s. l. prox. §. j. ⁊ l. ſi vxor. §. iudex. ⁊ ſic nõ eſt perẽptoria, ſꝫ dilatoria: ideo debet opponi ante nomẽ rece
b ptũ inter reos. Itẽ b dixi, ꝙ eodẽ modo proponit̃ exceptio in criminalibus ſicut in ciuilibus. Cõtra in ciuilibus exceptiones dilatorie ꝓponunt̃ tantũ ante litẽ conteſtatã, l. exceptionẽ. C. de ꝓba, ⁊ l. fi. C. de exce. ⁊ l. Pomponius. §. ratihabitionis. s. de pc. ſed in criminalibus proponunt̃ poſt lit. cõteſt. quo ad nomen recipiendũ inter reos, ꝗ vt poſt lit. conteſt. vt no. hic, ⁊ s. ea. l. §. j. ⁊ l. abſentẽ. j. de penis. ⁊ l. adulterã. C. e. ⁊ li. hos accuſare. §. j. s. de accuſa. ergo apparet, ꝙ dilatorie opponuntur poſt lit. cõteſt. Dy. fatet̃, ꝙ hoc eſt plꝰ in criminalibus, vſquequo ꝙ recipit̃ nomen inter reos, poſſunt dilatorie exceptiones opponi. Videte, iſta queſtio pendet ex illa, quando dicatur nomẽ rei recipi inter reos. de quo dixi in l. is, qui reus. De public. iudi. Nam tenẽdo opi. Dy. ipſe dicit veritatem: ſed tenendo aliam opin. quam ibi tenui, dic idem eſſe in criminalibus, ꝗ in ciuilibus. De hoc dixi ibi, ideo hic non inſiſto.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Preſcriptiones. Adde ꝗ no. Bald. in l. abſentẽ. ad fi. de pen. ⁊ Bal. in l. nõ dubiũ. in vlt. q. C. de legi. ⁊ Bal. i l. perẽptorias. C. ſen. reſcin. non poſſ. ⁊ in l. j. C. qui accuſa. ⁊ gl. Bald. in l. adulterij. C. eo. ⁊ Bal. Ang. in l. j. C. ſi aduer. credi.

b Alex. ¶ Item Vide Bal. in l. j. §. accuſationem. circa prin. §. ad Turp. ⁊ Bald. in rubri. qui accu. Quid autem in declinatorijs, vide Bal. in l. j. C. qui accu.

## a §. Si quis adulterum.

a Hic eſt bonus caſus: ⁊ pluries fecit me dubitare. Op. j. ad Tur. l. j. §. accuſationẽ. dicit gl. verũ eſt, ꝙ nihil agit: ſꝫ neceſſe habet petere abſolutionẽ. De hoc dicã in lege ꝯria: ſꝫ quãtũ ad ꝓpoſitũ hoc ſpeciale puto in adulterio, ꝗ iſte libellus nõ ꝓcedit, etiã ſi nõ opponat̃: ſꝫ in alijs puto, ꝙ ſi nõ opponat̃, iudicium procederet, ſi accuſatoribus. ⁊ ibi not. C. de accuſationib. ⁊ Dy. s. de accuſat. hos accuſare. §. lege Julia.

ADDITIO.

a And. Barb. ¶ Si quis adulterũ. No. ineptum libellũ nihil operari. adde ꝙ etiam non interrumpit preſcriptionẽ, vt eleganter colligitur in l. accuſaturus. j. e. Adde ꝙ no. in l. j. §. j. s. ſi ma. fal. mo. dixe. Vide ꝗ dixi in l. abſentẽ. in fi. j. de pen. ¶ Alex. Adde tamẽ ad hunc text. ad thori ſeparationẽ bene põt fieri accuſatio eodem libello. gl. ij. q. v. c ſtatuit. quem text. alleg. Lud. in no. ccl xxvi. incip. tu ſcis, quod adulter.

LEX XVI.

1 ☞ Denuntiationem fieri extra iudicium ſufficit.

## a Qui vxori.

a Diuidit̃ cũ lege ſeq. Primo ponit vnũ dictũ. Scdo, circa illd, format quinque queſtiones ꝑ ordinẽ, vſqꝫ ad §. querit̃. in d. l. ſeq. ⁊ iſta eſt ſolẽnis materia, ⁊ dil. ſeq. denuntiaſſe.
1 eſt gl. huius legis, qui vxori. † No. ꝗ ſufficit denũciationẽ ſeu ꝓteſtationẽ fieri extra iudicium, ꝗ tene mẽti. Idem no. per glo. s. de ver. obli. in l. qui Rome. §. coheredes. in gl. parua, ſuper verbo, teſtato. Idẽ no. in l. fideiuſſor obligari. §. fi. s. de fideiuſ. in gl. ſuper verbo, reus. facit s. de libe. agno. l. j. circa prin.

a And. Barb. ¶ Qui vxori. Adde, ꝙ hic fallit in caſu eleganti in l. cum poſtulaſſem. s. de damno infecto.

LEX VII.

1 ☞ Libellus non habet vim denunciationis.

Mora niſi precedat, quis non tenetur de interitu rei, niſi a die litis conteſtationis, non autem a die libelli.

Libellus dat̃ vt quis deliberet, an velit cedere, vel contendere

Venditori

2 Venditori ſcienti litem motam, an ſit denunciandum.
Regula, eum qui certus. quando habeat locum.
a
1 **DEnunciaſſe. §. Quod ergo ſi non quidam.** [a]Nota,† quod libell⁹ non habet vim denun
tiationis: ⁊ ideo ſi aduertatis bene omnes leges, que tractãt ma
teriam more, dicũt ꝙ niſi precedat mora, incipit teneri de inte-
ritu a die litis cõteſtationis, dicũt a die libelli dati, vt not. in l.
mora. ff. de vſur. ⁊ l. qđ te. ff. ſi cer. pet. ⁊ l. vinũ. eo. ti. ⁊ l. in hac. ff.
de tritico. Et põt eſſe ratio, q2 ante litis ↄteſt. nõ dicit̃ qs ꝑetere
ſed velle petere, l. amplius. ff. rẽra. hab. libellus eniꝫ tibi offert̃,
vt deliberes, vtrũ velis cedere, vel cõtendere, vt in aut. offerat̃.
C. de lit. cõteſta. ⁊ l. j. in prin. ff. de eden. ¶ Scđo habes hic alia
2 not.† ꝙ lꝫ quis ſit certus, tñ dꝫ ei denunciari. Qđ facit ad queſt.
quam ponit gl. in l. emptor. C. de euic. vtrũ venditori ſcienti liti
gium debeat ei denunciari, quã queſt. tractat ibi Cy. multũ leui
ter cõtra Dy. in c. eũ qui certus. extra de reg. iur. lib. vi. Dyn.
poſt multa dicit, Qñꝫ denũtiatio eſt de ſubſtãtia. ⁊ tũc ſimplex
ſcientia nõ ſufficit: ita loquit̃ hec lex: qñꝫ ſola ſcientia eſt de ſub
ſtantia, nõ denũtiãtio, ⁊ tũc in iſtis caſibus denũtiatio nõ eſt ne-
b ceſſaria[b], l. j. ĩ fin. ff. de act. emp. ⁊ l. j. §. ſi intelligit̃. ff. de edil. edi.
In dubio dt Dy. preſumẽdũ videt̃, ſciẽtiã ꝑotius eſſe de ſubſtã
tia, quã denũtiationem, cũ denũciatio fiat, vt quis certificet̃, ⁊ in
iſto caſu dubij loquit̃ c. regula, eũ qui certus eſt amplius certio
rari nõ opꝫ, ⁊c. iſta verba lꝫ videant̃ multũ pulchra, habẽt tñ mo
dicum ſaporis. In iſto caſu dubij, dñi dico inſpicienda eſſe ver-
c ba legis. Qñꝫ denũtiatio fit ſolũ ad hoc, vt quis ſciat[c] aliquid,
qđ eſt de preſenti, ne fiat aliqđ de nouo. Iſto caſu requirit̃ denũ-
tiatio. caſus eſt hic. Nã maritus dꝫ denũtiare vxori ne nubat, ⁊
ꝙ abſtineat a nubẽdo: q2 intẽdit eã accuſare, vt hic dicit̃. Nam ex
d ſola ſcientia, ꝙ vir vult accuſare vxorẽ[d], nõ inducit̃ illa denũtia-
tio, ne nubat. Modo ad propoſitũ in materia emptionis ⁊ ven-
ditionis, l. j. C. de peri. ⁊ cõmo. rei vẽdi. dicit, ꝙ emptor dꝫ denũ
tiare venditori, ꝙ vẽditor veniat ad ſuſpendũ iudiciũ, ⁊ ad eum
defendendũ: nõ ergo fit ei denunciatio ſolũ vt ſciat, ſed vt aliud
fiat preter illud, quod ſcitur: ideo denunciatio requiritur. caſus
eſt hic: q2 ex ſola ſcientia venditoris, ꝙ mouet̃ litigiũ, nõ inducit̃
denuntiatio, ꝙ venditor veniat ad defendendum, prout dicit d.
l. j. de pericu. ⁊ cõmo. rei vend. ideo denuntiatio requirit̃.

ADDITIONES.

a Alex. Adde Bal. ⁊ Ang. in rub. ff. de in ius vocan.
And. Barb. ¶ Quid ergo. Adde caſum, not. pro iſto dicto, in l.
libertus. §. j. de in ius vocan. ⁊ facit ꝙ põt die feriata produci, vt
no. dicitur in §. ſexaginta. in l. ſi miles. ff. eod. qua die poteſt con
teſtari: ſed fallit in caſu l. i. C. ſi libel. prin. datus.
b Alex. ¶ Neceſſaria. Vide Bar. in l. ij. §. voluntatem, in vltimis
verbis. ſol. mat. ⁊ ibi omnino Bal. ⁊ Bar. in l. non ſolum. §. fi. de
operis noui nun. ⁊ vide que ibi dixi.
c Alex. ¶ Vt quis ſciat. No. q2 facit ad materiã denuntiationis
fiende venditori in cauſa euictionis, in quo vide Ang. ⁊ Imo. in
l. cum ex cauſa. de verb. ob. Et in queſt. hic poſita per Bar. vide
eum in l. emptor. C. de euic. ⁊ in l. j. C. de pericu. ⁊ cõmo. vẽdite.
d ¶ Claud. de Seyſſell. Accuſare vxorem. Vbi ergo requiritur
denuntiatio ad illum effectum tãtum, vt alius efficiatur cert⁹,
nõ eſt neceſſaria alia denunciatio: ⁊ hoc eſt verum etiam ſi alias
concordantias ad hanc doctrinam, vol. iiij.

1 ☞ Cauſa in decunciatione requiritur.

**§. Quid ergo ſi tantum.** Nota, qđ in de nuntiatiõe, ſeu
protestatione requiritur cauſa, nec vidẽtur ꝙ ſit neceſſe ꝙ ſpeci-
1 ficetur cauſa: † ſed generaliter ponatur. Fallit in nunciatione no
ui operis, vbi nõ debet inſeri cauſa, niſi petatur, l. j. in prin. ⁊ ibi
not. ff. de operis noui nuntiatione. Hunc paſſum de inſertione
cauſe tractabo, cuꝫ tractabo materiã proteſtationis. ¶ Vltimo
in hoc §. dicit Dy. quod habemus gl. corruptam in verbo, non
addidit. que incip. q2 nõ dixit. ibi. no. adimẽti denuntiationem,
⁊c. dicit, quod eſt corrupta vitio ſcriptoris, q2 debet dicere, not.
non admitti. Sed non poſſumus dicere gl. dicere veritatem, nõ
admitti denunciationem ſine cauſa, ſcꝫ expreſſa, ⁊ ſpecificata: q2
ſufficit ꝙ in genere fiat mentio de adulterio. Sꝫ ſi omnino omit-
a teretur, tunc non valeret, vt dicit tex.[a] Item vide gl. ibi ſed arg.
contra. ff. de act. emp. l. j. in fin. ſed hic denunciatio eſt de ſub-
ſtantia. dixi in precedenti ver.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Dicit tex. Item vide glo. ibi ſecundum Ang. contra de
act. emp. ff. in fin. Sed an hec denunciatio ſit de ſubſtantia dixi
in precedenti verſi.

1 ☞ Dies non debet inſeri in accuſatione, ⁊ ſi inſeratur, an de-
beat probari.
2 Accuſatus de delicto cum aliqua qualitate, ſi qualitas non pro-
batur, ſed delictum, an ſequi debeat condemnatio.
3 Variatio temporis vel loci, an faciat videri aliud delictum.
4 Menſis quando tantummodo eſt appoſitus in accuſatione, po
teſt tamen declarari dies commiſſi criminis, nec id eſt mutare
tempus.
5 Adiectio vel detractio qualitatis in delicto, qñ mutat actioneꝫ.
6 Abſolutoria ſi eſt ſecuta propter qualitatem adiectam. ⁊ nõ pro
batam, an delinquens poſſit iterum accuſari illa qualitate de-
tracta.
7 Qualitate non adiecta in prima accuſatione, an delinquens poſ
ſit de nouo cum illa qualitate accuſari.
a **§. Quid tamen.** [a]Pone caſum. Ego vidi ꝙ ſuffi cit, qđ cauſa inſeratur in genere,
ſed qđ ſi in denunciatione inſeruit cãm limitate. dixi eñ ꝙ accu-
b ſat talẽ de adulterio[b] cõmiſſa cũ tali. Dicit Iuriſcõſultus, ꝙ tũc
habet illã neceſſe ꝓſequi, nec põt ꝓſequi aliã ex vigore illius de
1 nunciationis. hoc dicit. ¶ Iſte §. facit, † ꝙ nõ debeat inſeri dies
in accuſatione, l. libellorum. ff. de accu. tamẽ ſi accuſator inſerit
diẽ debet illum probare, vt dixi in l. is, qui reus. ff. de publi. iu-
2 di. Itẽ iſte §. inducit̃ † in arg.[c] ad queſtionẽ quotidianã. Aliquis
c accuſauit aliquẽ de percuſſione cũ ſanguine, vel de percuſſione
de nocte, vel de alio delicto cũ alia qualitate, que qualitas nõ ꝓ-
batur: ſed probat̃ tantũ delictũ, q2 probat̃ percuſſio, ſed nõ cum
ſanguine, vel de nocte, vtrum ex illo delicto poſſit ſequi condem
natio: Iſtam queſtionẽ. ponit Cy. C. de proba. l. iij. ⁊ ibi videtur
tenere, ꝙ nõ poſſit ſequi cõdẽnatio, per hãc legẽ, ⁊ l. pretor. §. do-
cere. ff. vi bon. rap. Gul. de cug. ponit eam in l. quid ergo. §. pena
grauior. ff. de his, qui no. infa. ⁊ ibi videtur dicere, ꝙ poſſit ſequi
condemnatio. arg. l. bouẽ. §. aliquãdo. ff. de edi. edic. Alij conſue
uerunt dicere, ꝙ illa qualitas debet detrahi pendente iudicio, ⁊
hoc modo ſequet̃ condẽnatio de delicto l. in delictis, §. ſi detra-
cta. ff. de noxa. Mihi autẽ videt̃ dicendum. Quãdoꝫ iſta quali
tas, que nõ probatur, fecit ceſſare propoſitam actionẽ, ſeu accu-
ſationẽ, ⁊ tunc debet ſequi abſolutio. Ita loquit̃ d. l. pretor. §. do
cere. Nã niſi homines ſint coacti. vt ſit factũ ĩ turba, nõ habet lo
cum illa accuſatio Qñꝫ illa qualitas nõ facit ceſſare accuſatio
nem propoſitam. ⁊ tũc qñꝫ alterat factũ ſeu crimen: q2 facit il
lud eſſe aliud factũ: tunc niſi qualitas probet̃, non põt ſequi con
demnatio. caſus eſt hic. Qñꝫ non alterat factũ tunc ex eodẽ ꝓ
ceſſu põt ſequi cõdẽnatio. caſus eſt hic. Tamẽ hic eſt aduertẽdũ
q2 ſi effectus condẽnationis eſt diuerſus ꝓpter illã qualitatẽ, de
bet detractio illi⁹ qualitatis fieri pendẽte iudicio alias nõ põt
ſequi condẽnatio, l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. Nec obſt
l. bouem. §. aliquando. quã alleg. Gu. de Cug. q2 ibi verba peti
tionis poſſunt adaptari ad redhibitoriam, ſicut ad actionẽ quã
to minoris. Nam qđ nihil. eſt min⁹ eſt vt ibi patet Ita debetis
intelligere hanc materiam. ¶ Pro declaratione tamẽ oportet
nos videre, que ſunt illa que mutãt delictũ, ⁊ alterant actionem
3 Aduerte bene. Primo ergo † quero vtrum variatio[d] temporis.
d vel loci, faciat videri aliud delictum: Videtur ꝙ ſic. C. de teſtib.
l. teſtium ⁊ qđ ibi not. in gl. Facit ad hoc ff. de incen. rui. nau. l. j.
§. fi. In contrarium probatur ſic. Duo rei non poſſunt cõſtitui.
ſi teneatur ad diuerſa l. ſi id qđ. ff. de duo. reis. ſed diuerſitas tẽ-
poris vel loci, nõ impedit conſtitutionem duorum reorum. l. ex
duobus. j. ⁊ l. eandem. in fi. ff. de duob. reis ergo, ⁊c. Reſpondeo
quoddam eſt tempus in quo aliquid fit ⁊ iſtud facit videri diuer
ſam rem eſſe, ⁊ diuerſum factum, d. l. teſtium. ⁊ l. j. in fi. ff. de incẽ.
rui. nau. Quoddam eſt tempus in quod confertur effectus alicu
ius rei, vt puta ſolutionis effectus, ⁊ iſtud non factit videri rem
diuerſam Idem dico de loco, per eadem iura. Nunc ad propo-
ſitum, ſi ego dicerem, ꝙ Titius interfecit Seium tali die, ⁊ ꝓba
retur de alio, non poſſet ſequi condẽnatio: q2 alia res eſt nec poſ
ſet fieri detractio, q2 eſſet nouam rem in iudiciũ deducere, ⁊ non
eſſet adijcere, vel detrahere qualitatem primam. Sꝫ ſi ego po-
ſuiſſem in libello accuſatorio diem effectus, qđ ex tali vulnere ta
li die eſt mortuus poſt vulnus illatũ, tũc diem iſtum poſſum mu
tare: q2 non facit videri nouũ delictum, neqꝫ alterat ipſum per
4 iura preallegata, ⁊ idem dico in loco. Per † ea tñ que dixi, nõ de
nego, quin qñ menſis eſt tñ prepoſitus, nõ poſſet declarari dies
illius mẽſis: q2 illud non eſt mutare tẽpus, ſꝫ magis declarare,
⁊ limitare, hoc autẽ poſſe fieri dixi in l. is, qui reus. ff. de pu. iudi.
e ¶ Videamus vltra, vtrũ adiectio[e], vel detractio qualitatis im
5 mutet actionẽ: † Nam qualitas non imputat ſubiectum, ſed an
actionẽ immutet, vt faciat videri nouam actionem dubito. Sed
tñ aduerte, qñꝫ lex diſponens ſuper certa qualitate delicti im
ponit penã per ſe, ⁊ nõ reſpectiue ad penã. que impõit̃ ꝑ delicto
ſimplici, tũc inducitur noua actio, ⁊ noua accuſatio. Exemplũ, ꝑ

percuſſione ſimplici eſt actio iniuriarum, pro percuſſione facta
hominibus coadunatis, eſt actio legis Iulie de vi, que eſt alia
pena. l. ij. C. ad le. Iul. de vi illata ergo qualitas, coadunatis ho
minibus, inducit actionē nouā: idē in parricidio, q2 punit homi
cidium ſub illa qualitate, q2 filiū occidit, ⁊ eſt noua accuſatio, vt
habuiſtis in l. ſenatus. ſ. de accu. ſed ſi pena propter illā qualita
tem augeretur, vel minueret̃ reſpectiue ad penā que imponitur
pro delicto ſimplici, tūc nō eſſet noua actio, vel accuſatio, ſed eſ-
ſet adijcere qualitatē veteri actioni. Exēplū. actio legis Aqui-
lie datur in ſimplū, ⁊ cōtra negantē in duplū, propter negationē
ergo auget̃ pena ad duplū eius, qđ erat primo qm̄ pena imponi
tur reſpectu ad primā, nō per ſe ſimpliciter. Idē aliud exēplum,
pro delicto ſerui tenet̃ dñs, tn̄, ſi fuit ſciēs, exiget̃ inſolidū: ſi fuit
ignorās, pōt liberari a pena dādo ſeruū pro noxa. Iſte qualita-
tes non diſponūt per ſe, ſed reſpiciunt primā penā, ideo dicunt̃
adiectiones, l. in delictis. §. ſi detracta. ſ. de noxali. Idē in con-
tractu, pro cōtractu ſerui dñs tenet̃ actione ex ꝯtractu, ⁊ ſi iuſſit
tenet̃ inſolidū prima actione, q2 iuſſit: ſi nō iuſſit, de peculio tene
tur: ſi nō eſt peculiū, tenet̃ quatenus eſt in rē verſuꝫ, ⁊ ſic iſte qua
litates diſponunt circa primā actionē, ⁊ circa exactionē eius qđ
veniebat in prima actione, ⁊ ideo non dicunt̃ noue actiones, ſed
adiectiōes primarū actionū, l. filius. in fi. ſ. de i rē verſo. ⁊ l. iij. §.
cui congruit. ſ. de peculio. not. in l. iij. in fi. ſ. de exer. Modo ex
† predictis† habes perpēdere ſtatim, vtrū ſtatuta[f] propter aliquā
f qualitatem imponāt penā, vt ſi nobilis interficeret popularem
puniatur in tantū, tunc eſſet noua accuſatio. Si vero diceret̃ ſta
tuta, pena quadruplicet̃, tunc iſſet adiectio noue accuſationis, ⁊
iſta qualitate probata, vel nō, ſcies quid habes facere detrahere
6 vel nō. ¶ † Quero, ſi abſolutoria eſt ſecuta propter qualitatē ad
iectam, non probatā, an pōt de nouo iterū accuſari detracta illa
qualitate? Et videt̃ ꝙ no. l. in delictis. §. ſi detracta. ſ. de noxali.
In contrariū ꝙ ſic, in l. habebat. in prin. ſ. de inſtitor. Breuiter
dico ſic, ſi quidē abſolutio eſſet ſecuta ſup facto, q2 factū non erat
probatū, tūc cōcedo, ꝙ de nouo nō pōt accuſari ꝓpter qualitatē,
l. ſi quis cū totū. §. ſi ancillā. ſ. de excep. rei iud. ⁊ l. egi. eo. ti. ſed
ſi ꝓpter illā qualitatē tm̄ fuiſſet ſecuta abſolutio, cū factū eſſet de
ſe verū, tūc ſi quidē aliquis cōuenit̃ ex delicto alterius, cōcedo ꝙ
iterū non pōt accuſari, d. §. ſi detracta. Sed ſi ꝯueniret̃ ex ꝓprio
delicto, tunc valde bene poſſet accuſari de illo facto. ar. d. l. habe
bat. in prin. ⁊ ſ. ſi fa. fur. fe. di. l. j. §. j. ⁊ facit ad hoc arg. ꝙ no. i d.
g §. ſi detracta. ¶ Alterius quero[g], pone† ꝙ qualitas i primo iu
7 dicio non fuit propoſita, vtrū propter illā qualitatē poſſet de no-
uo accuſatio intentari? Certe ſic, ſi ex primo iudicio ſuper facto
ſimplici eſſet ſecuta cōdēnatio, dixi in l. ſenatus. ſ. de acc. Sed ſi
ex primo eſſet ſecuta abſolutio, hic eſt aduertēdū, ſi qdē ita talis
adiectio, que de nouo ſit alterat delictū, qđ qn̄ ſit, pꝫ ex his que
ſ. vidiſtis, tūc ſine dubio pōt accuſatio de nouo proponi: q2 alia
res eſt, l. cū querit̃. ſ. de excep. rei iud. ſed ſi nō alterat delictū, ſꝫ
alterat accuſationē, ſeu condēnationē, tunc aduerte vt dixi ſ. aut
fuit ſecuta abſolutio, q2 non factū, ⁊ nō pōt de nouo accuſari. Aut
ideo fuit ſecuta abſolutio, q2 illa qualitas que fuit neceſſaria, nō
fuit propoſita, tunc poteſt de nouo accuſari, l. habebat. in princ.
ſ. de inſtitu. ⁊ l. j. §. j. ſ. ſi fa. fur. fe. di. Fallit ſi ex delicto alteri⁹
conueniat̃ quis, l. in delictis. §. ſi detracta. ſupra. de noxa.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Quid tamen Adde Barto. in conſi. ccix. inci. viſo pro-
ceſſu. accuſatur quis ꝙ cognouit virginem, confitetur ꝙ tenta-
uit, vtrum poſſit condēnari ex proceſſu propter confeſſionē, de-
cidit, ꝙ nō, nec cogit̃ accuſator interim accuſare, vide ibi.
b Alex. ¶ De adulterio. Quid de qualitate ſuperueniēte perſone
vt ſi canonic⁹ ſit effectus epiſcopus an cognoſcet̃ de his q̄ fecit
canonicus, vide Bal. in l. j. §. ſolent. ī. qñ appel. ſit.
c Alex. ¶ Inducitur in arg. Vide Alex. late i l. diuus. de re iud.
⁊ ibi vide Bar. qui in iſta ꝓbatione qualitatis non aliter loquit̃
quam hic, de quo per Alex. ibi, vide plene de hac queſtio. cū ſua
materia per Bar. in diſpu. ſua, incip. iure municipali cauetur ꝙ
ſi aliqs percuſſor, ⁊c. ⁊ no. Bart. in fi. in l. ſi quis, nō dicā rapere.
C. de epi. ⁊ cle. ⁊ per Bar. ⁊ Imo. in l. diuus. ſ. de re iud. p Bal.
in l. j. C. ſi ex fal. inſtru. ⁊ Sal. in l. ij. C. ad leg. Iul. de vi. Flo. i d.
§. ſi detracta. Bal. in d. l. iij. C. de proba. ⁊ in l. edita. in ver. item
principaliter querit̃. in Peruſina repe. C. de eden. ⁊ vide Bar.
in l. eum qui. ⁊ ꝙ ibi dixi de iureiur. Bal. in l. cōtra negātē. C. ad
leg. Aquil. Quid aūt ſit qualitas, ⁊ in quibus cōſiſtat in materia
iſta, vide plene Bal. in l. ea que. C. de cōdi. inde. ⁊ Bal. in l. ij. C. d
repu. ⁊ in l. j. de confeſ. ⁊ predictis adde Bal. in l. j. in ver. ſed cū
querit̃. C. qui accu. ⁊ Bal. ⁊ Imo. in l. Titia. ſol. ma. ⁊ Io. An. in
addi. Spe. in rub. de acc. in vlti. parte. ⁊ Bar. in l. is qui reus. in
ver. venio ad q. ſ. de pub. iud. ⁊ Bal. in l. ⁊ ſi ſeuerior. C. de infa.
⁊ que dixi poſt Bar. i l. iiij. §. hoc aūt. ſ. de iti. act. pri. Sed vtrū
qualitas omiſſa in libello poſſit ſupleri in probatione, vide que

dixi in l. libellorum. de accu. ⁊ latius in l. j. §. ideꝫ ſcribit. ſ. depo.
⁊ Bal. in l. iij. C. de infa. ⁊ vide ad ꝓdicta que. not. Bar. i l. edita.
C. de eden. Sꝫ pone ſtatutū requirit ꝓbari vulnus, ⁊ ꝓbat̃ ꝙ qs
aliū ꝑcuſſit cū enſe, ⁊ cū ſanguineis effuſione, tn̄ ꝯtinet̃ in ſcriptu
ra ꝙ fecerit vulnus an ſufficiat. vide Bal. in d. l. edita. Itē adde,
aliqs accuſat aliquē d pluribꝰ criminibꝰ, ꝙ ⁊ an facere poſſit, vi
de i l. libellorū. §. ſꝫ ſi aliud. ſ. de accu. An ſi vnū ex his nō ꝓbet,
ſuſtineat penā accuſatoris nō ꝓbātis, vide Inn. in c. pe. de ele. ⁊
vide Bal. i l. ij. C. de ꝓb. Sed pone aliqs accuſat̃. de iniuria ſim
pliciter, ⁊ ꝓbat̃ iniuria, nō tn̄ ꝓbant̃ circūſtantie aggrauātes in-
iuriā, an ſequi poſſit cōdēnatio i ſimplici iniuria? Cy. ꝙ ſic, in l. ſi
nō cōuicꝗ. C. de iniur. ⁊ ſequit̃ Bar. i l. ſenatus. ſ. de accu. ⁊ vide
Bal. plene in l. ij. C. qb. res iud. nō noc. ⁊ Bal. i l. ex hoc. §. ſi. nau.
cau. ſtab. ⁊ Bar. i l. qd ergo. §. pena grauior. de iſa. ⁊ hic. Et qd
ſi ſtatutū punit vulnꝰ cū cicatrice deformi, ⁊ ꝓbat̃ de ſimplici ci
catrice, an ſufficit? Dic ꝙ nō, q2 duplex ē cicatrix, deformis, ⁊ nō,
vt no. in l. fi. ⁊ ibi Flo. ſ. de his q deie. vel effud. ⁊ facit l. ex hac le-
ge. ſ. ſi quadru. paupe. feciſſ. dicat. Et no. ꝙ cicatrix ꝓprie eſt q̄
poſt ſenatū vulnus remanet, deturpat. ij. q. j. accuſatꝰ. de q̊ vide
Bal. in l. ſi qs i metallū. C. de pet. Et qd ſi accuſo plures de vno
delicto, vel pluribꝰ, ⁊ ꝓbo ꝯ vnū, vide Bal. in l. edita. in fi. C. de
edē. Et qd ſi accuſat̃ aliqs de ſanguinis effuſione, poſtea ꝓbat̃ ꝙ
vna tm̄ gutta ſanguinis exiuit, dic ꝙ nō ſufficit, ſm gl. in c. cū illo
rum. de ſent. exco. cū ſanguinis effuſio nō intelligit̃ in gutta. Un
de dicit Bal. in l. pe. C. de edi. actio. ꝙ ſtatutuꝫ puniens vulnus,
intelligitur de magno vulnere, ⁊ non vulnuſculo, aut ſgraſigna-
tura, vel ſciſſura. Et no. Ang. in l. ſi pignore. §. qui iure. ſ. de fur.
⁊ in l. j. ad fi. ſ. ad Sil. ⁊ in l. j. §. ſed ſciendum. ſ. de edi. edic. qui
dt, ꝙ tūc punit̃ quis extra ordinē, arbitrio iudicis. Facit qđ not.
Bal. in l. ij. ver. q̄ro qd ſi. C. quo ap. de leui tortura. ⁊ Bal. in d. l.
ij. §. ſꝫ ſciēdū. de edi. edic. ¶ Adde Bar. cōſi. cix. ⁊ cxvij. ⁊ ccxiiij.
d Alex. ¶ Utrū variatio. Vide Bal. in l. ij. de ꝓbat. ⁊ in l. j. C. qui
accuſ. ⁊ Bar. i l. is q reus. in verſ. venio ad qōnē. ſ. de pub. iud.
e Alex. ¶ Utrū adiecto. Adde Bal. in l. j. C. qui accuſa.
† Claud. de Seyſſell ¶ Modo ex predictis. Bene faciunt ad pre
dicta que volūt gl. ⁊ doctor. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ſ. de ver
bo. obli. ⁊ in l. vnic. C. de ſentēt. que pro eo quod intereſt profer.
⁊ vide ad materiā an ſi agatur vt accuſetur quis de eo quod mā
dauit fieri delictum, ⁊ propter id ſolum quod ſuaſit, an poſſit ſe
qui condemnatio, vide Alex. cōſi. cxxvij. vol. ij. ⁊ conſi. ſeq. vide
etiam Ro. conſi. cx. vbi firmat opinionem Barto. quatuor fun-
damentis.
f Alex. ¶ Utrū ſtatuta. Vide Bar. in l. ſanctio legum. ſ. de penis.
g Alex. ¶ Ulterius quero. Vide Sal. in l. qui de crimine. C. accu.
Adde Pau. de Caſt. conſ. cxix.

## §. Sed ⁊ ſi per procuratorē.

Utrū denū
a ciatio, ſeu proteſtatio[a] poſſet fieri per procuratorem: † ⁊ nunqd
1 requirat̃ ſpeciale mandatum? Dy. tractat in l. de pupillo. §. nun
ciatio. ſ. de noui oper. nuncia. ⁊ ea. l. §. qui ꝓcuratorio. ⁊ ibi hoc
tetigi. Facit l. antiqui aliter. §. j. ſ. quod vi aut clam. ⁊ l. j. §. j. ſ.
de lib. agno.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Proteſtatio. Utrum proteſtatio fieri poſſit per procu
ratorē, ⁊ an requiratur ſpeciale mandatum, vide in l. de pupillo.
§. nunciatio. de operis noui nuncia.
1 ☞ Sententia lata pro vno ſocio criminis, regulariter prodeſt
alteri.

## §. Queritur.

Op. ꝙ mulier nō ſit abſoluta de adul
terio, vt ī. l. prox. ī fi. Sol. abſoluta eſt
donec durat nupta, vt ibi dicetur. Tene menti legem noſtram,
a Primo, ꝙ in maleficijs[a] ita cōnexis, ⁊ ita cōiunctis, ſicut eſt adul
terium inter Adulterum, ⁊ adulteram, tamen condemnato vno
1 non eſt condemnatus alius. † Ex quo habes, ꝙ licet producens
b falſos teſtes[b] ſit condemnatus, non ſequitur de neceſſitate con-
tra teſtes, ꝙ ipſi ſint falſi. Et eodem modo, licet notarius cōdem
natus ſit de falſo inſtrumento, non preiudicat domino, ad quem
ſpectat inſtrumentū. Uel ſi eſt condēnatus de falſo, vnus ex cor
reis ſtipulandi, nō preiudicat alteri, l. ſi vteris. C. de fide inſtru.
¶ Ultimo habes hic caſum ſpecialem, de ſentētia abſolutoria,
2 que lata pro vno ſocio non prodeſt alteri ſocio eiuſdem criminis
regulariter. fallit in muliere vt hic. Quod facit ad queſtionem
quam dicam in l. proxi. §. ſi eo tempore.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ In maleficijs. In maleficijs etiam connexis, cōdemna
to vno ex ſocijs, non ſequitur cōdemnatio alterius. Et per hoc
in facto fuit iudicatum, ꝙ preoccupata iuriſdictione contra vnū
ex ſocijs, non fuit preoccupata contra alios, vide que dixi poſt
Bar. ī. l. proxi. ⁊ vide Cy. ⁊ Bal. in l. j. C. quia accuſa.
b Ale. ¶ Falſos teſtes. Adde Bar. ī l. Luci⁹. de his q no. infa. ⁊ l.
ij. de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ij. de ꝓuari. ⁊ ibi dixi Bal. in d. l. ij. de ꝓuari. in l. j. C. de falſ. ⁊ in l. j. C. qui accu. ⁊ in l. j. C. ne fil. pro pa. ⁊ Bar. in l. cū filius. ff. de verb. obl. ⁊ vide Bar. in l. duobus. de duo. re.

LEX XIX.

1 ☞ Bannitus an poſſit conueniri in loco a quo eſt bannitus.

ADulter. Uide gl. ſuper verb. pena alia. Dicit gloſ. vt relegationis vel ſimilis.
a Innuit ergo iſta gl. q relegatus[a] non pt conueniri in eo loco, vñ relegatus eſt. Quod facit pro bannito, q
1 non poſſit conueniri ibi, vñ exbannitus eſt. † Sed ɔ̃rium eſt veritas, quare dic, vt no. in l. eius. circa fi. j. ad muni.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Quod relagatus. Utrum bannitus poſſit conueniri in loco, vbi fuit bannitus, vide Ludo. in l. recuſare. §. ſi quis. ad Treb. ⁊ adde Ang. in ſua q. inci. Bononienſis quidam eſt bānitus. ¶ Pom. Ad q. Bar. vide aliquid per Alex. in l. recuſare. §. ſi quis alio. ff. ad Treb. ⁊ Alex. conſ. lxxij. vol. ij. vbi dicit, q ɔ̃parere tenetur per procuratorem.

1 ☞ Cauſa priuilegij ſuperueniens lite pendente non prodeſt.
Clericatus ſuperueniens accuſatione pendente, an excuſet reū.
2 Malefactore abſoluto, an videatur abſolutus mandator.

1
a §. Sieo tempore. Iſte §. facit i arg. † q cā priuilegij[a] ſuꝑueniens, lite pendente, non pſit. lʒ ꝓdeſſet ſubſiſtens ab initio, ⁊ ſic facit, q clericatus ſuꝑueniens non excuſet reū, cuius ɔ̃rium vr̃ ſentire gl. ff. de accu. l. hos accuſare. §. hoc beneficium. de quo dicam vobis. j.
2 de pe. l. j. ¶ Secundo facit ad q. quandam, quam Dy. ponit in
b c. ratihabitionem. ex̃ de reg. iu. lib. vj. vtrum abſoluto[b] malefactore videatr̃ abſolutus mandator. Et ibi diſtinguit Dyn. Aut abſoluit iō, q2 ꝓnunciat delictum non fuiſſe commiſſum: aut abſoluit, q2 ꝓnunciat ipſum non fuiſſe in culpa. Primo caſu ꝓdeſt mandatori, ſecundo non. Alle. Dy. de iureiu. l. duobus. §. a fideiuſſore. ⁊ ſi ei qui. Iſtud eſt dictum Dyn. In eo, q dt, ſi abſoluit, q2 non erat in culpa, ⁊ ſic ꝓnunciat ſuper iure, non ſuper facto, dt bñ. Probat. j. ad l. Cor. de ſic. l. nihil intereſt. ⁊ quod ibi no.
c in gl. nam lʒ furioſus abſoluat, nihilominus[c] mandator tenet. Sed in alio membro quo dt ꝓnunciationem abſolutoriam latā ſuper facto, ꝓdeſſe mandatori, male dt ſm Rich. Malū. q2 hoc determinauit ipſe in pub. diſputatione, per hanc legē. nam hic vides delictum ita coniunctum, ſicut eſt adulterium inter adulterum ⁊ adulteram, ⁊ tñ abſolutoria lata ꝓ vno, non ꝓdeſt alteri niſi in caſu ſpeciali mulieris nupte, tꝑe quo committit adulterium, vt hic dr̃. Non ob. d. l. duobus. §. a fideiuſſore. q2 ibi loqt in iuro, q hʒ vim ſolutionis, vt ibi dr̃. Aliud in ſnīa, q2 ſnīa lata
d pro fideiuſſore, non prodeſt principali,[d] l. aduerſus. ff. de arbit. Ita dicit Rich. ⁊ bene.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Cā priuilegij. Cā priuilegij ſuperueniens lite pendēte non excuſat. vide in c. fi. ex̃ vt lit. pend.
b Alex. ¶ Utrum abſoluto. Uide Bal. in l. iuris. ad fi. C. qui. res iud. non no. ⁊ Bar. in l. j. §. ſi quis vltro. j. de queſt.
c Alex. ¶ Nihiloīus. Adde q idem tenuit Bart. in l. furioſo. ⁊ in l. fi. de re iud. ⁊ in l. aduerſus. de arb. ſed ɔ̃riū voluit in l. ex duobus. de duo. re. in iiij. q. ⁊ in l. amiſſi. §. fi. de fideiuſ. ⁊ vide Bal. in d. §. fi. de fideiuſ. ⁊ Bal. in l. non iō. ad fi. C. de accu. ⁊ Jo. And. in reg. ratihabitionem. No. q ob cāe connexitatem vni⁹ cōfeſſio ꝑiudicat alteri. gl. lix. diſt. c. ordinatos. ⁊ vide que no. x. l. prox. §. fi. An aūt abſoluto principali, poſſit cōdemnari quis de auxilio ⁊ fauore: Dic q ſic. tex. eſt no. in l. eos. C. de fur. ⁊ vide Ang. poſt Bar. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. ⁊ Bal. in l. iuris. ad fi. C. quib. res iud. non no.
d Alex. ¶ Principali. Uide Bart. in d. §. a fideiuſſore. ⁊ oīno in l. fi. §. fi. ff. de iureiur.

1 ☞ Scholaris qui iurauit non exire ciuitatē ſine licentia creditoris, ſi cum licentia exeat, an poſſit vltra exire. Et an fact⁹ monachus, ⁊ liberatus a debitis, ſi exeat, reincidat in illam. 2.

§. Nupta. No. ceſſante cā ceſſat effectus. Iſtuʒ tex. inducit Dy. in ar. ad q. † quidā ſcholaris iurauerat creditori ſuo non recedere ſine ei⁹ licentia de ſtudio, q ſcholaris habuit licentiam a creditore eundi Mutinā, ⁊ iuit, ⁊ reuerſus eſt, vtrum poſſet de nouo recedere. ⁊ Dy. dt q non. ar. huius litere q2 illa licentia vr̃ eē conceſſa, quandiu illud ire, ⁊ redire fiat, non vltra. Ad hoc facit l. plane. ff. de ope. lib. Tu vero diſtingue in hac q. vt dixi in q. ſecuritatis. in l. j. ff. ti. j. ¶ Secun
2 do † inducit p Dy. in arg. ad aliam q. Aliquis factus eſt monachus, pp quod liberatus eſt ab oībus debitis, ⁊ monaſteriuʒ tenet, ꝑ auth. ingreſſi. de ſacroſ. eccl. querit ſi monaſterium exeat, an reincidat in obligationem: Ur̃ q ſic, q2 illa liberatio ſibi ꝓdeſt, quandiu monachus. ⁊ hec q. determinat per Dy. per l. ſeruus effectus. ⁊ quod ibi no. de act. ⁊ obl.

LEX XX.

1 ☞ Appellatione patris non venit auus: ⁊ ſi pater ingrediatur monaſterium, filij efficiuntur ſui iuris.

PAtri. Quero, qd eſt dictum, ſimul cuʒ filia: Rñ. gl. duob. mo. ⁊ vtraqʒ expoſitio eſt bona. Item. j. px. l. ſicut eueniet. no. tex. ibi, in ſua. n. ptāte,
1 ⁊c. Not. † q appellatione patris nō continetur auus, hoc tñ vr̃ verum in iſta materia ſic odioſa: alias ſic, qñ eximitur ex ptāte. l. iſta. ff. de ver. ſig. ⁊ ſic facit iſta lex, q l. quiſquis. C. ad l. Jul. ma. que loquitur in patre, nō habeat locum in auo. ¶ Uenio ad d. l. ſic eueniet. Op. q filiusfa. poſſit hr̃e aliquem in ptāte, q2 pt eē tutor, vt Inſti. qui teſta. tu. in prin. ſed tutor hʒ in poteſtate pupillum. l. j. ff. de tute. ergo ⁊c. Solu. ille, qui eſt in ptāte alterius, non pt habere alium in ſua ptāte, verum eſt in ptāte eiuſdem ſpeciei: ſed in ptāte ſeparata ab illa, in qua ipſe eſt, bñ pt habere, vt l. ɔ̃ria. ¶ Ulti. hec lex facit ad q. ſi pater ingrediatur
a monaſterium, an filij efficiant ſui iuris: Puto q ſic[a], q2 ipſe efficitur ptātis alterius totaliter, ergo alium in ptāte hr̃e non pōt. Efficitur. n. ptātis alterius eiuſdeʒ ſpeciei, imo maioris, q2 gcqd q̄rit, monaſterio querit, ⁊ velle ſuū poſuit in velle monaſterij.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Puto, q ſic. Contrarium tʒ Bal. in l. j. §. j. in prin. C. d bo. que lib. Adde Bart. in l. patre furioſo. poſt Gul. ff. de his q ſunt ſui vel alie. iur.

LEX XXII.

1 ☞ Domus qualiter intelligatur.

a NEc in ea lege. [a] No. tex. ibi, ſʒ domuʒ. Item no. ver. ſʒ qui occi
1 dere. Item no. tex. ibi, q plerunqʒ, ⁊c. † Not. qualiter intelligitur domus. ſ. ꝑ habitatione, vt hic, ⁊ l. c ſi amicis. §. j. ff. eo. ⁊ iō ſufficit, q in domo habitet, lʒ non ſit ſua, ſed conducta, vel gratis accepta. l. lex Corn. §. domū. ff. de iniu. Itē non ſufficeret domum eē ꝓpriam, niſi habitaret ibi. l. prox. §. j.
2 Secundo not.[b] q ille pt occidere, multo magis pt contumelijs
b afficere. Hoc eſt not. ad ſtatuta, que permittunt aliquos occidi
c impune. Nam ſi pñt occidi impune, multo magis[c] poterunt impune verberari, ⁊ contumelijs affici, vt hic. quod tene menti.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Nec in ea lege. No. q pr̃ non pt occidere filiam adulteram in domo aliena. Item requirit aliud, de quo in l. nihil. j. e. Item requirit, q ſi nupta: ſecus ſi vidua, per text. huius l. in ij. rñ. hoc firmat Ang. Are. in ſuo trac. maleſi. in ver. che hai adulterato la mia donna. Sʒ quid ſi filia eſt ignoīoſa, ⁊ pr̃ vilis pſona, vide Bar. in ll. prox. §. illud. Et an poſſit occidere ſociū criminis, vide Bal. in l. j. C. vñ vi. in verſi. vj. q̄ro, ⁊c. E vtrū pr̃i liceat occidere agnatum inuentū cū filia, vide not. in c. ſi vero. j. de ſen. excom.
b Pom. ¶ Secundo no. Uide d. Ant. in c. fi. de conſuet. ⁊ in c. j. de temp. ord. in vj. Bal. in l. ex hoc iure. de iuſt. ⁊ iur. vide tex. in c. ſicut dignum. §. j. de homic. ⁊ ibi dixi.
c Alex. ¶ Multo magis. Uide Ang. Alex. in prin. in l. in ſuis. de lib. ⁊ poſth. Et an ſtatuta que ꝑmittunt aliquos occidi impune, dñr ꝑmittere verberari, ⁊ contumelijs affici, vide Cy. in l. j. ad fi. C. que ſit lon. cōſue. ⁊ Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ no. p Hallin l. j. ad fi. C. de exhi. ⁊ intro. re. in l. pe. ad fi. C. de pri. car. Adde Bal. in l. iij. in fi. ff. de adi. leg. ⁊ Bal. in repe. l. in ſuis. ⁊ ibi Ang. ⁊ Imol. ff. de lib. ⁊ poſth. ⁊ d. Ant. in c. fi. ex de conſue. in j. fal. ⁊ Jo. And. in addi. Spe. in ti. de conſue. §. j. in fi. ⁊ Imo. in l. ſi vero. §. de viro. ſol. ma. ¶ Clau. de Seyſ. De iſta regula, cui lʒ q eſt plus ⁊c. quō debeat intelligi, vide Are. in l. ij. in fi. de leg. j. ⁊ Alex. in l. tranſigere. C. de tranſ.

LEX XXIII.

1 ☞ Statutum, quod liceat viro occidere vxorem deprehenſaʒ in adulterio, hʒ locum, ſi deprehenderit eam in camera, in actibus venereis.
2 Adulterium probatur, probando preparatoria veneris.

a QUod ait lex. [a] Tex. ibi, otioſum, id eſt, ſine cā, vel ſine miniſterio, ſʒ Jacob. de Are. ⁊ ſic habes hic. quid ſit verbum, otio
1 ſum. Querit † gloſ. que dicuntur res veneris: Gloſ.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

b rñdet multum bene. In ciuitate[b] iſta eſt ſtatutum, ꝙ liceat viro occidere adulterum deprehenſum cum vxore ſua: certe intelligitur deprehenſus ſi reperiretur cum vxore in camera, in iſtis
2 rebus venereis. † Item no. iſta talia pparatoria veneris, q2 per
c iſta veriſimilia probatur adulterium,[c] vt dixi. ſ. eo. l. ij. in fin. ⁊ dicam. j. l. capite quinto.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Quod ait lex. Fallit ſi reperiatur cum clerico eaꝫ oſculante, q2 pſumitur facere cã charitatis. gl. xj. q. iij. c. abſit. Uide Bal. in l. quid ergo. §. ſi heres. de leg. j.
b And. Bar. ¶ In ciuitate iſta. Adde gl. in l. j. C. de collu. deteg. ⁊ vide Bal. in c. j. qui. mo. feu. amitt. vbi dt libellus, talis iacuit cum vxore talis, concludit adulterium. quod eſt not. allegauit gl. not. ſuper verb. delictum. in l. Caij ⁊ alij. de fideic. lib. Et cũ dicto Bar. tranſit hic Ang. Tu vide tex. in c. oino. in ver. ſic, vt cum illa carnaliter. xxxv. di.
c Pom. ¶ Adulterium. Uide Ro. conſ. clxvij. ⁊ ad hoc Ale. cõſi. xxiiij. vol. ij. ⁊ Fel. in c. fi. de fo. comp. ⁊ pulchre Alex. conſ. lxxv. vol. iij. vbi pulchre hoc extendit ⁊ declarat.

1 ☞ Incontinenti fieri in maleficijs dr̃, ꝙ fit vno impetu, lꝫ duret per horam rixa.
2 Initium quo ad locum ⁊ tp̃s inſpicitur in delictis.
3 Locus homicidij, ⁊ non locus inepte rixe, inſpicit̃, qñ initium ⁊ finis delicti eſt illicitum, ſecus ſi initium fuit licitum.
4 Accipiens aliquem in perſonam, ⁊ portans eum ex̃ plateaꝫ, qui ibi eum percuſſit, punitur tanꝙ percutiens ex̃ plateam. Inſultans aliquem in platea, ⁊ inſequens ex̃ plateam, ⁊ ibi eum percutiens, punitur de percuſſione ex̃ plateam.
5 Stante ſtatuto, ꝙ quis poſſit ingredientem ſuam poſſeſſionem, in ipſa poſſeſſione offendere ſi aggredior ingredientem, ⁊ ipſuꝫ fugientem proſequor ex̃ poſſeſſionem meam, ⁊ ibi percutio, nõ punior.

a **§. Quod ait lex.** [a] No. hunc tex. in fi. q2 eſt nota.
1 valde. ¶ Item no. † ꝙ in male-
b ficijs dr̃ incontinenti fieri, ꝙ fit vno impetu, lꝫ duret per horaꝫ[b]
2 illa rixa. ¶ † Secundo no. ꝙ inſpicit̃ initium[c] quo ad locũ, ⁊ quo
c ad tp̃s. Nam videtis hic, ꝙ patri pmittit̃ occidere domi ſue tm̃ vel gñi ſui, vt. ſ. l. px. §. ius occidendi. Item incontinenti tm̃ lꝫ occidere. ⁊ tñ hic habes, ꝙ ſi illo fugiente p horam alibi interfi
3 ciat̃, vr̃ in illo loco, ⁊ illo tunc. i. illo tp̃e interfectus. Sed † ꝯ oĩa iſta pcedentia ad homicidium, confunduntur cum homicidio, ⁊ homicidium tm̃ inſpicit̃ l. illud. in fin. ſ. ad l. Aqui. ⁊ ideo vr̃, ꝙ inſpicere debeamus locum homicidij, non locuꝫ vel tp̃s inepte rixe, vt dixi in l. libellorum. ſ. de accu. Ad hoc rñ. ꝙ iſta ſunt vera qñ vtrũqꝫ ⁊ initium, ⁊ finis, fuerunt illicita. Nã tunc inſpicim⁹
† finem, ⁊ hoc eſt fauore† rei, de vtroqꝫ puniat̃: ſꝫ qñqꝫ principiuꝫ ẽ licitum, ⁊ hꝫ cãm licitam, tunc illud principium inſpicimus, vt hic. Pro hoc facit opti. l. qui cum maior. ſ. de bo. lib. Et hoc fa
4 cit ad multa: † pone, quidã cepit aliquem in perſonam in platea, ⁊ portauit eum ex̃ plateam, ⁊ ibi pcuſſit eum, an puniat̃ tanquã
d percutiens in platea:[d] Iſte tex. facit ꝙ ſic. tñ in ꝯriũ eſt veritas, vt apparet ex pdictis. Item ſi aliquis inſultaret alium in pla-
e tea, ⁊ fugaret eum ex̃ plateã,[e] ⁊ ibi eum pcuteret, non pcuteret in
f platea. Sed pone[f] alium caſum, cauet̃ ſtatuto† huius ciuitatis,
5 quis poſſit offendere alium ingredientem in poſſeſſionem ſuaꝫ, in ipſa poſſeſſione ſine pena: modo aggredior illum ingrediẽtẽ poſſeſſionem meam, ⁊ illum fugientem proſequor ex̃ poſſeſſionẽ
g meam, ⁊ ibi eum pcutio, certe licite pcutio,[g] ſeu occido, vt hic. Rõ, q2 initium fuit licitum. Tene predicta menti.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Quod ait lex. Iſte §. no. limitatur ⁊ declaratur p Ale. in l. pleriqꝫ. de in ius vo. vbi rephendit Bal. in l. cũctos populos. C. de ſum. tri. ⁊ fi. cat. qui inducit iſtum tex. ad queſt. not.
b Alex. ¶ Per horam. Adde Bal. in l. j. C. vnde vi. in lect.
c Alex. ¶ Inſpicitur initium. Ad materiam, qñ initium temporis ſpectatur, vide q. notab. quas ponit Bald. in l. ſi tutor. ſ. de tute. ⁊ ra. diſtra.
† Claud. de Seyſ. ¶ Et hoc eſt fauore. Uide Alex. conſ. lxxij. in vlt. dub. vol. iij.
d Alex. ¶ Percutiens in platea. Adde quod Jo. And. in addit. Spe. in ti. de accu. §. fi. in iij. par. in addi. que incipit, Old. querit. tꝫ ꝯrium alleg. l. quis ſit fugitiuus. §. idem Celſus. de edil. edict. Et idem tꝫ Ange. hic. vide Bal. in auth. item nulla. ad fi. C. de epiſc. ⁊ cle. in l. ſi quis non dicam rapere. eo ti.
e Alex. ¶ Ex plateam. Hec faciunt ad queſt. ſtatuto cauetur, ꝙ iudex inquirat in loco maleficij, ⁊ vnus in vno territorio eſt captus in alio territorio eſt ſpoliatus: qs dicat̃ loco maleficij, vide Bal. in c. j. §. iniuria. ſ. de pac. iur. fir. in ver. iniuria, ſeu furtum. ⁊ vide Bar. in l. j. de incen. rui. nauf. ⁊ in l. libellorum. ſ. de accu. Adde ẽt, ꝙ dicta per Bart. hic, faciunt ad queſt. quam poſuit Bal. in l. cunctos populos. circa medium. de ſum. trin. vcꝫ, ꝙ lꝫ quis pro delicto in ciuili non poſſit in domo capi: ſi tñ fuerit captus ex̃ domum, ⁊ aufugerit in domum, ꝙ poterit licite ex hi rõne ini tij. ⁊ vide Cy. in auth. ſi quis. C. eo. ⁊ no. per Bar. hic adde Bal. in l. j. C. vbi de cri. agi opor. ⁊ faciunt no. per Bar. in d. l. libellorum. ⁊ ibi dixi. ſ. de accuſ. Et quid ſi in confinibus ciuitatis eſt factum maleficium, quis cognoſcet, ⁊ puniet: Bal. in l. j. C. vbi d cri. agi opor. dt, ꝙ iudex vtriuſqꝫ loci. ⁊ voluit Dy. ⁊ Bar. in l. iuriſperitos. §. cum oriundus. de excu. tut. ⁊ vide Jo. And. in regula, in obſcuris. in merc. in vj. Et quid ſi teſtes ad inquiſitionẽ ſui iudicis falſum depoſuit coram iudice non ſuo, coram quo dꝫ accuſari, vide Jo. And. Spe. de cri. fal. in prin. Et an quis cum ſequit̃ fugientem, ⁊ cum in alio territorio cepit, poſſit puniri, vide Bal. ⁊ Jo. in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſer. vẽ. ⁊ Bar. in l. ſi cui. §. fi. ver. ſecundo quero. ſ. de accu. ⁊ Ang. in l. nemo carcereꝫ. de exa. tri. lib. x. Item adde ꝙ iſte tex. facit ad q. diſputatam p Richar. Mal. vcꝫ ꝙ criales cãe debeãt tractari, alias teriari intra lx. dies, ⁊ ſi non fuerint teriate. ptãs incidat in penam: mõ pendente qõne criali, incidit qõ falſi: q2 teſtes redarguunt de falſo, ita ꝙ qõ principalis non hꝫ ſuum finem. an ptãs veniat puniẽdus. Certe iſte tex. facit, ꝙ non: arguendo de tp̃e ad locum. l. vinum. ſi cer. pe. Bene facit l. intra vtile. ff. de mino. ⁊ l. petende. C. de temp. in integ. reſt. ⁊ ibi no. ⁊ quod hr̃ in l. pperandum. in prin. C. de iudi. Et pro hoc quod no. Bald. in l. j. C. de iur. cal. ⁊ expſſe Cy. Ray. ⁊ Bal. in l. j. C. qui accu. ⁊ no. in ſimili per Bal. in l. ꝯ maiores. C. de inoff. teſt. ⁊ in terminis refert Bal. dictam diſputationem in l. fi. C. de fi. inſtr.
f And. Barba. ¶ Sed pone. No. ꝙ Bar. innuit, ꝙ ſi lꝫ offendere impune, lꝫ occidere, vide tex. in c. fi. de homi. lib. vi. Bar. in cõſi. cxxxv. incip. ſtatuto caſtri plebis. lib. j. facit glo. Inſtitu. de iniur. §. in ſumma. vide plene d. Bened. de Plum. in l. teſtõ. §. j. ſ. de ma. teſt.
g Alex. ¶ Licite percutio. Adde ꝙ Jo. And. in addi. ad Spe. in ti. de accu. §. ñ. in iij. par. in addi. magna, que incipit, Oldr. querit, tꝫ ꝯrium. in addi. hic, ꝙ hic dr̃ videamus. verſ. illius. alle. p caſu l. ſi quis ſit fugitiuus. §. item. ⁊ §. idẽ Celſus. ſ. de edi. edic. ⁊ idem tꝫ Ang. hic, ⁊ vide Bal. in auth. item nulla. in fi. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ in l. ſi quis non dicam rapere. eo. tit. Ex oppoſito no. ⁊ facit ad q. capti in domo, ſed cepit fugam ex̃ domum. Contrariuꝫ tꝫ Bal. in l. pleriqꝫ. de in ius voc.

LEX XXIIII.

1 ☞ Pater poteſt magiſtratum inuentum cuꝫ filia occidere. Magiſtratus durante officio poteſt accuſari, qñ accuſatio eſt tempore peritura. Maritus non p̃t occidere magiſtratum inuentum in adulterio cum eius vxore.
2 Pater ⁊ maritus non pñt occidere adulterium inuentum cum vxore, qñ vxor eſt ignominioſa, vel ducta ꝯ legem.
3 Maritus vel pater ſi eſt vilis perſona, non p̃t occidere adulterum inuentum cum vxore, vel filia.

**MArito quoque.**
1 **§. Illud** Quero, † vtrum patri liceat occidere magiſtratum inuentum cum filia ſua: Et nt quidꝫ ꝙ non, q2 magiſtratus non p̃t accuſari iure mariti. l. ſi maritus. in prin. ſ. eo. ⁊ l. hos accuſare. ſ. de accuſ. Ego
a dico ꝯrium.[a] nam ꝙ magiſtratus non p̃t accuſari, verum eſt, niſi accuſatio tempore eſſet peritura, tunc. n. ſecus. d. l. hos accuſare. ⁊ l. ſenatus. ſ. de offic. preſi. in tm̃, ꝙ ſi eſſet cã que conteſtõne non perpetuaretur, ageretur cã vſqꝫ ad ſniam, vt no. in l. ſed ⁊ ſi reſtituatur. §. ſed ⁊ ſi dies. ſ. de iud. nunc ad propoſitum, ius occidendi adulterum eſt tp̃e periturum. nam niſi ille tũc occidat, non p̃t occidere poſtea: vt. j. l. proxi. in fi. Sicut ergo p̃t accuſare, ſi accuſatio eſt tp̃e peritura: ita poterit interficere, cum iſtud ius occidendi ſit tempore perituruꝫ. Predicta vera in patre: marito vero non lꝫ magiſtratum occidere, q2 non eſt turpis pſo
2 na magiſtratus. † Quero, vtrum ſi vxor eſt ignominioſa, vel ducta ꝯ legem, an liceat occidere adulterum marito, vel patri: Ur ꝙ non, q2 non p̃t accuſare iure mariti. l. ſi vxor. §. ſi quis plane. ⁊ §. ſeq. ſ. eo. ergo non p̃t occidere. Et hoc eſt verum, lꝫ gl. dicat
b ꝯ, ⁊ male. j. ad muni. l. pe. §. fi.[b] Quero † quid ſi maritus eſt vilis
3 homo, vel pater, vtrum lꝫ adulterum occidere: Rñ. non, q2 ſi eſt vilis perſona, non p̃t accuſare iure mariti. l. iij. ſ. eo. ⁊ ibi not. gl. ergo non lꝫ ei occidere.

Addi-

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Dico ꝯtrium. Utrum pater poſſit occidere magiſtratuꝫ
inuentum cum filia. adde no. in c. ſi vero. j. de ſen. excom. de ma
rito concludit Bar. ibi ꝙ non.

b Clau. de Seyſ. ¶ L. pe. §. fi. Quid aūt ſi mulier eſſet pregnans,
an liceat patri eam occidere, vide Barto. in l. Imperator. ff. de
ſta. homi.

LEX XXV.

1 ☞ Confeſſio facta extra ius, facit iudicium ad torturam.
2 Teſtis deponens de adulterio probat, ſi dicit, ꝙ inuenit adulte
rum ſolum, vel oſculantem, vel tangentem.
3 Priuatum carcerem committere qñ quis dicatur.
Retinens aliquem vltra viginti horas, qñ dicatur committere
priuatum carcerem.
4 Tenere aliquem in priuato carcere, an ſit offenſa in perſona.

a **Capite quinto.** [a] Op. ꝙ teſtimonium de quo loquit̃ hic, non
releuet aliquid. nam teſtis non pt̃ dicere, niſi ꝙ vidit
euꝫ captū, ⁊ dicebat̃, ꝙ erat dep̄henſus in adulterio,
⁊ ſic erat teſtimonium de auditu. ꝙ non vꝫ. l. teſtium. C. de teſti.
Dñt quidam ſpeciale hic, ꝙ teſtimonium de auditu vꝫ. Plac.
dicebat, hoc teſtimonium non multum approbo. l. metuꝫ. C. qđ
b me. cau. gl. dt, ꝙ teſtes dicent, [b] ꝙ viderunt eum captum, ⁊ quod
audierunt eum confitentem. ꝙ fuit captus: q̄ꝛ fuit dep̄henſus in
c adulterio [c], ⁊ ſic confeſſio ſua ex iudiciuꝫ vꝫ, vt poſſit poni ad tor
1 turam, non ꝙ faciat plenam ꝓbationem. † quod tene menti. Tꝫ
d ergo gl. ꝙ confeſſio [d] facta ex ius eſt ſufficiens indicium ad tor-
e turam. ꝙ non plꝫ, [e] arg. l. quero. in fin. ff. de edi. edic. Facit quod
no. in l. Fulcinius. §. i. j. ex qui. cau. in poſ. ea. ¶ Circa legem no
ſtraꝫ quero, que ſunt ſufficientes probationes adulterij? Gl. hic
2 dt, ⁊ bene, ꝙ ſit in entus in rebus venereis. No. † ergo † ꝙ ſi te
† ſtis dt, ꝙ eum inuenit in rebus venereis, vt q̄ꝛ inuenit eum in ca
mero ſolum, vel oſculantem, vel tangentem, ꝙ iſta ſufficiunt ad
probationem adulterij, vt hac gl. Canoniſte hñt expreſſius, ex-
tra de teſti. c. p̄terea. ⁊ de p̄ſump. c. literis. ⁊ c. tertio loco. ¶ Ul
3 terius no. † hanc l. ad aliud, qñ aliquis dicatur aliquem detine-
re in priuato carcere, de quo habemus tit. de priua. car. C. Br̃
circa hoc aduerte tria verba. Quidam priuati ſunt, qui hñt ius
capiendi, ⁊ detinendi, vt dñs ſeruum, ⁊ pater filium. l. j. ⁊ ij. C. de
pat. poteſt. ⁊ ff. de lib. ho. exhi. l. iij. §. j. ⁊ ij. ⁊ iſti ſine dubio priua
tum carcerem non committunt, tangit̃ in l. j. C. de priua. carce.
Quidaꝫ ſunt, qui hñt ius capiendi, non detinendi, ⁊ iſti ſunt de-
mum vñr committere carcerem priuatum, ſi vltra viginti ho-
f ras detineant. [f] Hic eſt caſus in l. iſta. Uñ ſi aliquis capit falſifi-
catorem monete ex forma l. j. C. de falſ. mone. vel ſi caperet fu-
rem ex forma l. itaq;. ad le. Aqui. ⁊ l. ſi quis in ſeruitute. circa fi.
ff. de fur. ⁊ ſimilibus caſibus non pt̃ retinere vltra xx. horas, a-
lias diceret̃ committere priuatum carcerem. Idem dico de eo,
qui capit debitorem fugientem. l. ait p̄tor. §. ſi debitorem. ff. de
his, que in frau. cre. Ad quod facit quod no. Inſt. de act. § prin.
Quidaꝫ ſunt, qui non hñt ius capiendi, nec retinendi, in iſtis eſt
aduertendum ob quam cām aliqueꝫ capiant. Si. n. capiunt, vel
vulnerent, ⁊ occidunt incontinenti, inſpicimus ſolum illud deli
ctum, ꝓp quod capiebant. l. illud. ff. ad l. Aqui. ſed ſi ex interual
lo occiderint, tunc de vtroq; tñr. ſ. de priuato carcere, ⁊ de occi-
4 ſo. l. nunquam. ff. de priua. delic. ¶ † Quero, vtruꝫ tenere aliquē
in priuato carcere ſit offenſa in perſonam? Dic de hoc per Inn.
ex de ſen. excom. c. nuper. in j. gl. ſ

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Capite quinto. Hanc legem alleg. Bart. in l. admonen-
di. de iureiur. ꝙ confeſſio facta abſente parte inducit ſemiplenā
probationem.

b Alex. ¶ Teſtes dicent. Adde Bal. in l. bone fidei. ff. de reb. cre. ⁊
adde ꝙ confeſſio facta ex iudicium eſt ſufficiens ad penam extor
dinariam imponendam. l. ictus fuſtium. de infa. Item adde, ꝙ
in crialibus confeſſio facta in alio iudicio, eſt ſufficiens ad for-
mandum inquiſitionem, ſm Bal. in l. mercalem. de cōd. ob tur.
cau. facit l. nullum. de teſt.

c Alex. ¶ In adulterio. Et adde ꝙ ad hoc vt dicat̃ probatū adul
terium, dꝫ probari matrimonium fuiſſe, alias ſuccumberet̃, ſm
Bal. in l. ita demum. C. de procu. ad fi. facit quod no. Bar. in l. ſi
cui. §. j. ff. de leg. j. ⁊ vide Bar. in l. ij. in prin. de furt. ⁊ in l. ij. §. fi.
ff. e. ⁊ Ang. in l. j. ff. de extor. cri. vide Bar. in l. ij. §. item labeo. d
aqua plu. arc.

d Pom. ¶ Quod confeſſio facta. Uide Panor. conſi. xxv. in fin.
vol. j. ⁊ Ro. in c. olim ex literis. de reſcr. ⁊ ibi Fel. in ver. j. ⁊ Iaſ.
in l. magiſtratibus. ff. de iuriſ. om. iud. ⁊ Are. in c. at ſi clerici. de
iudic. ⁊ Alex. conſi. xxiiij. vol. ij. ⁊ ibi dt, ꝙ tale officium dꝫ pro-
bari per duos teſtes. vide etiam Bald. in l. quoniam. ff. de his
qui not. infa.

e Alex. ¶ Quod non plꝫ. Utrum confeſſio ex iudiciuꝫ ſit ſufficiēs
indicium ad torturam, adde ꝙ idem voluit Innoc. in c. ſicut. de
teſti. ⁊ Bal. in l. ictus fuſtium. de infa. ⁊ Floria. in c. at ſi clerici. d
indi. ⁊ do. de Rot. deci. j. de confeſ. in nouis. ⁊ vide Bar. in l. ad-
monendi. de iureiu. ⁊ ad materiam vide gl. in ca. ꝙ ſit graue. de
exceſ. pla. vi ēt In. ⁊ Imo. in c. per inquiſitionem. de elec. ⁊ in c.
qualiter ⁊ qñ. de accu. ⁊ in c. dilecti. de ord. cog. ⁊ in c. ij. de ꝯfeſ. ⁊
do. Ant. in c. at ſi clerici. ꝯtrium voluit dicens talem confeſſionē
idem operari in criali, ꝙ in ciuili, q̄ꝛ confeſſio ex iudicium facta
ſm terios c. ſi cautio. de fi. inſtru. facit plenam fidem. quod tñ ibi
reꝓbat Imo. Item iſta faciunt, an confeſſio facta in curia iudi-
cis ꝓbet delictum, de qua Bart. in l. fi. j. de ꝓba. Et faciunt que
ſcripta ſunt in l. ſenatus. in prin. ad Turp. ⁊ in ſimili dt Ang. in
repe. l. ſi vacantia. C. de bo. va. lib. x. vcꝫ, cautus iudex non acci-
piat diffamationem rei culpabilis in camera: ſed in tribunali.
In. tñ in c. cum in tua. de ſpon. ⁊ mat. ad fi. dt, ꝙ iudex ex officio
recipit informationes infamie, ⁊ de notorio nulla ꝑtis citatione
facta in camera. Facit quod no. Bal. in c. j. §. inter pares. de le.
Conrad. in feu. Et de confeſſione in camera, vide aliquid ꝑ Bal.
in l. ictus fuſtium. de infa. Et quod confeſſio extraiudicialis fa-
ciat plenum p̄iudiciuꝫ, tꝫ Bal. in l. j. de confeſ. Fallit in delictis
que pertinent ad iudicium eccleſie, in fauorem aīarum, ſm Bal.
in l. j. C. de fal. cau. adiec. Item adde ꝙ glo. hic ſingulariter di-
xit, ꝙ lꝫ alias confeſſioni facte in tormentis non debeat ſtari. l. j.
§. diuus. j. de queſt. fallit, niſi de eodem p̄ceſſerit bina confeſſio
ex iudicialis. Itē ꝓbat hic gl. q̄ꝛ lꝫ alias non ꝓbet vna confeſſio
ex iudicialis: tñ ſi eſt geminata, probat. Et facit dictum Bar. in
l. cum ſcimus. C. de agric. ⁊ cenſib. lib. xj. Sed an confeſſio facta
a ſubdito ex territorium, coram ſuo iudice, ꝓbet, vide quod ha-
bes in l. fi. ff. de iur. om. iud. Itē adde, ꝙ hanc gl. allegauit Bar.
in l. fi. circa indicia ſpecialia. j. de queſt. Adde, qñ confeſſio ex iu
dicialis iuncta cum alijs argumentis ſit ſufficiens ad condem-
nandum. Bal. conſ. cxxij. lib. j.

† Clau. de Seyſ. ¶ Not. ergo. Iſtud hꝫ locum, quando agitur ci-
uiliter: ſecus quando agitur criminaliter, vide Mathesil. nota-
bi. cxvij.

f Alex. ¶ Detineant. Adde ꝙ no. per gl. in c. cum ab hoīe. de iu-
di. Et qñ aliquis alium capere poſſit, vide plene Bart. in l. cum
eo. j. ad leg. Iul. pecu. Et an quis poſſit tenere bannitum, qui pt̃
impune offendi in priuato carcere, Bald. ꝙ ſic, in l. j. de priua.
carc. Et ad id ꝙ dicit Bar. hic, de capiente debitorem fugitiuū,
adde Bal. in auth. imo. C. de act. ⁊ obl. Et ſcias, ꝙ ſi aliquis po
ſuerit in carcere priuato aliquem, ꝙ pt̃ carceratus aufugere ſi
vult, nec tenetur de fracto carcere. dictum fuit Ro. in l. admo-
nendi. de iureiur.

Alex. ¶ In j. gl. Uide Roma. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de
publica.

LEX XXVII.

1 ☞ Uictus victori condemnatur in expenſis, ēt in crialibus.
2 Cā cum committitur conſulenda, cuius expenſis committatur.

**Si poſtulauerit.** Op. hic innuit, ꝙ ſeruus eſt accuſat⁹
de adulterio, dum dt, ſeruo adulterij accuſato. ⁊ j. in-
nuit alium eſſe accuſatum, cum dicit, tantam pecuniā
adulterum, ⁊c. ſꝫ duo accuſari ſimul de adulterio nō pñt. l. reos.
C. eo. ⁊ l. ſi maritus. in fi. ff. eo. ergo male. Huius timore legitur
a hec lex duo. mo. Uno mō, ⁊ hec lec. ponit̃ in fi. gl. [a] ꝙ accuſat̃ mu
lier de adul. ⁊ ſeruus accuſat̃ de auxilio, ſeu de conſilio, ꝙ pt̃, vt
j. eo. l. nihil. in fi. Alia lec. eſt, ꝙ hic ſolum extneus accuſabatur, ⁊
⁊ non ſeruus. ⁊ quod hic in litera dr̃, in ſeruo adulterij accuſato,
legunt ſic, vt punctuet̃ poſt dictionem, ſeruo. ⁊ quod dr̃, adulte-
rij accuſato, dic. ſ. aliquo alio. Alij hñt literam, vt hic, ſit, adulte-
ram, que litera nullo mō congruit: ideo gl. non ꝓſequitur eam.
Retenta ergo hac, ꝙ ſeruus non fuit accuſatus, tunc op. ꝙ ille, q
in teſtem eum produxit ſolum debeat ſoluere cōdemnationeꝫ.
l. qm̃. C. de teſti. quidam fatentur ꝯtrium. ſ. ꝙ tm̃ debeat ſoluere
accuſator, ſi ſuccubuit, quantuꝫ accuſatus, ſcꝫ qñ ipſe ſuccubuit,
⁊ ille qui ſuccubuit, dꝫ ſoluere. ꝓ hoc facit. j. ea. l. §. pe. Iſta lect.
1 eſt vera, † habito reſpectu ad fin. ſcꝫ tempore diffinitiue ſnie, in
qua victus victori in expenſis condemnatur, etiaꝫ in cā criali, ſm
opi. veram, prout eſt caſus in l. fi. C. de fruc. ⁊ lit. expen. ⁊ facit l.
qui crimen. C. qui accuſa. non poſ. de qua opin. dicam in mate-
ria. j. ad Turp. l. j. §. j. ſed principium legis noſtre loquitur, qñ
quis debeat ſoluere illo tunc cum petitur torqueri. Quare alij
dñt, ꝙ quilibet ſoluit totam condemnationem, ſcꝫ accuſator to
tum pretium ſerui. ⁊ accuſatus totum pretium ſerui, quod eſt ꝯ
caſum. j. ea. l. in fin. Alij dicunt, quod vterque ſoluit dimidiam,

⁊ hanc lec. tꝫ gl. ĩ. ea. l. §. pe. in fi. ⁊ C. eo. l. verba. Ad d. l. qm̃. non rñdent. tu vero rñde ſic, aliud eſt in productione teſtis, aliud cũ ſeruus petitur torqueri. Rõ, q2 in productione teſtis ille ſolum p̃ſtat cãm, qui producit: ſed qñ quis petit aliquẽ torqueri, p̃bet cãm, vterq; tam producens, quam etiam accuſatus: ꝯ quez opꝫ ꝙ appareant aliqua indicia, anteꝗ̃ perueniatur ad torturam. l. j. in princ. ⁊ per multas lege. ĩ. de queſt. pro hoc facit optime. l. iiij. §. j. j. ff. regun. vbi expenſe menſuratori debent ſolui de cõi.
2 Et ideo qñ † committitur qõ conſulenda ſapienti, cuius expen
a ſis debeat committi, tunc diſtingue. [a] Aut iudex ſentiebat p̃ vna parte, ⁊ alia pars petit conſi. ſapientis, tunc dꝫ committi expenſis illius qui petit conſi. qm̃ ille ſolus p̃bet cãm huic commiſſioni. Si vero iudex viſis allegationibus vtriuſq; partis ſuper q. dubitat, tunc ſi qõnem committit conſulendam ſapienti, decet fieri expenſis cõibus, qm̃ vtraq; pars p̃bet cãz commiſſioni. Et idem dicas in ſimi. actibus, qui fiunt in iudicio, per ea que dixi ſ. ⁊ facit l. gñaliter. §. his de p̃ñtibus. C. de iureiu. Tene menti.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Tunc diſtingue. Adde l. eos. ⁊ quod ibi hr̃. C. de app. in l. fi. C. de prin. agen. in re. lib. x ⁊ quod no. gl. in l. eos. §. pe. de vſur. ⁊ in hac q. adde Jo. And. in ti. de aſſeſſo. §. ſalarium. l. iiij. C. de ſta. ⁊ imag. ⁊ no. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcr. in vj. ⁊ no. Bal. in l. hac lege. C. de ſen. ex bre. recit. ⁊ in l. ij. C. de edẽ. ⁊ in l. gñaliter. §. his de p̃ñtibus. verſ. deinde no. C. de reb. cre. ⁊ ideo dt Bal. in l. eos. §. apoſtolos. de appel. ꝙ apoſtoli debent dari expenſis petentis. ⁊ cum Bar. hic, tꝫ Bal. in l. iij. C. codẽ. ⁊ inquantum dicit, ⁊ viſis allegatis, vide Bar. hic, in l. aut ille. de lega. iij. Et ad materiam circa expenſas fiendas, vide l. pretor. §. j. ſ. eod. ti. ⁊ Bar. in l. iij. defendi. ſ. ex quib. cau. in poſ. eatur. vbi habes poſt eum.

§. **Sed diſpiciamus** Dr̃ hic, quod bone fidei poſſeſſori, ⁊ creditori datur hec actio. Contra in l. j. §. j. ſ. ad Sil. ⁊ de edi. edic. l. ſciendũ. §. deinde. Gl. non ſoluit, ſed dic, ibi lex loquitur de dño: hic de eo, ad quem ea res pertinet que verba ſunt latiora. Itez op. de l. non ſolum. §. queritur. ſ. de procu. Rñ. ibi actio querit per hoĩem, hic vera datur per legem. Item op. ⁊ vr̃, ꝙ iſta pena debeat diuidi inter dñm, ⁊ bone fidei poſſeſſo. l. furtiuam. ſ. de fur. Gl. que eſt hic concedit ꝯrium. Sed iſtud eſt ꝯ iſtum tex. in quo totum tribuitur bone fidei poſſeſſori, dicendũ eſt ergo, ꝙ ibi loquitur in eo, ꝙ eſt mera pena, vnde vnicuique duplicatur, prout ſua intereſt: hic vero loquitur in p̃tio vero rei, ꝙ ſolum bone fidei emptori datur, vt hic. quod intelligo, qñ non apparet dñs: q2 tunc iſte p̃ferretur. l. bona fides. ſ. depoſi. Iſtud autem ꝙ hic dr̃, ꝙ ſoluitur creditori, intelligas creditori eius. l. inter oẽs. in fi. ſ. de fur.

1 ☞ Actio in factum ex ſñia interlocutoria oritur.

§. **Si liber homo** Quero, ad quid detur iſta actio vtilis: Rñ. ad eſtimationem operarum amiſſarum, ⁊ amittendarum, qm̃ liberum corpꝰ non recipit eſtimationem. l. ex hac. ſ. ſi qua. pau. feci. di. ⁊ l. qua actione. §. j. ſ. ad l. Aqui. ¶ Item hic dr̃, datur actio vtilis: quero. que ſit iſta actio vtilis: Quidam dñt, ꝙ condictio ex lege, vt ĩ. l. prox. ſed condictio ex lege hꝫ locum, qñ in l. non eſt exp̃ſſum de alia, l. j. ſ. de cond. ex lege: ſed in lege eſt exp̃ſſum, ꝙ ex ſñia iudicis datur actio in factum, ſeu iudicati l. iiij. per totam legẽ. ſ. de re iud. quidam dñt, ꝙ hec concurrit cum illa. Alij dñt, ꝙ ſunt caſus diuerſi, ⁊ hec plꝫ, ſi enim iudex precepiſſet pecuniam dari, haberet locum actio in factum: ſed hic loquitur, qñ iudex non preceptt, vel ſi eſtimauit iſtum liberum tanquam ſeruum: ⁊ ſic
1 ſñia iudicis non preceſſit. Ex hoc not. † ꝙ ex ſñia interlocutoria iudicis oritur actio in factum, vt plene dixi in l. a diuo pio. §. j. ſ. de re iud.

§. **Haberi queſtionem** Hucuſq; habuiſtis qñ petit torqueri ſeruus proprius accuſati, ⁊ etiam quando petitur torqueri ſeruus ex̃nei: hic qñ petitur torqueri ſeruus ex̃nei. Opp. ſ. qui ⁊ a quib. l. p̃ſpexit. Dñt quidam, ꝙ hic dt de ſeruis ex̃neorum haberi qõnem, eſt verum ſi ⁊ ipſi ſunt traditi ad vſum mulierum. Alij dñt, ⁊ melius, ꝙ illud ꝙ in d. l. p̃ſpexit. deficit, de ſeruis ex̃neorum, ſupplet hic: vel d. l. p̃ſpexit. loquitur quantũ ad impediendam libertatez, vt non poſſit manumitti, ꝙ in ſuis ex̃neorum non hꝫ locum, ſed ſolum in proprijs, ⁊ hoc puto veruz. Gl. ſummat hanc materiam. C. eo. l. non ſolum verba.

1 ☞ Aduocati an debeant eſſe p̃ñtes examinationi teſtiũ, ⁊ rñſioni poſitionum.

a §. **Queſtioni** Qualiter aduocatus [a] debeat intereſſe qõni, dixi in l. cuſtodias. ſ. de pub. iud. q2 dꝫ intelligi, hoc eſt, examinationi, an debeat torqueri. Et eodem mõ, ꝙ hic dr̃ ꝙ patroni poſſint interrogare, intelligo. i. interrogatoria facere, ꝑ ꝙ que examinat iſte, qui erit teſtis p̃ductꝰ. De iſtis interrogatoriis habemꝰ ex̃ de teſti. c. ij. lib. vj. ⁊ in Spe. in ti. de teſte. Ad hoc, ꝙ aduocati, ⁊ partes debeant intereſſe e-
1 xaminationi teſtium, † facit iſte tex. ſed conſuetudo ſeruat, ꝙ iuramento ſint p̃ñtes partes, non autem examinationi: q2 illa debeat fieri in ſecreto l. ſi qñ. C. de teſtib. ⁊ ibi no. ⁊ ita obſeruatur.
b Item allegat [b] iſta lex, an qñ rñdetur poſitionibus per partem
c debeat eſſe aduocatus preſens, [c] ſed in quibuſdam terris hoc obſeruatur, in quibuſdam non, vnde ſerua conſuetudinem. Sed mihi plꝫ, ꝙ aduocatꝰ dꝫ eſſe p̃ñs ſerua tñ conſuetudinem.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Aduocatus. An ⁊ qñ examinationi teſtium dꝫ aduocatꝰ eſſe p̃ñs, vide Bar. in l. j. C. de ſacroſan. eccle. ⁊ ſcripſi in l. cuſtodias. de pub. iudi.
b And. Barb. ¶ Item allegatur. Adde Hoſti. ⁊ alios in c. paſtoralis. de iudi.
c Alex. ¶ Aduocatus p̃ñs. An aduocatus dꝫ eſſe p̃ñs qõni, qñ p̃s rñdet poſitionibus. Adde ꝙ aduocatus non dꝫ partem inſtruere, vt no. glo. ⁊ Bar. in l. ij. de iur. cal. Et adde no. ꝑm Hoſt. in c. dilecti. de iud. ꝙ iudex poterit interdum permittere aduocatuz rñdere poſitionibus, ſi videt reum nimis ſimplicem, qui poſſet decipi in rñſione, facit c. paſtoralis. eo. ti. quod ſequitur Imol. ⁊ doc. in d. c. dilecti. ⁊ vr̃ velle Inno. ⁊ doc. in d. c. paſtoralis. ⁊ refert etiam Bal. in l. ij. C. de iur. cal. in prin. ⁊ vide Abb. in c. paſtoralis. in fi. de app. vide doc. in c. ij. de confeſ. in vj. ⁊ vide Bal. tenentem, ꝙ nõ debeut eſſe p̃ñs, in l. prox. ſ. de his que in teſta. delen. ⁊ in l. non ſolum. ſ. de proc. quod limita niſi pars ſit perſona ruſtica, ſiue idiota, ita dicit Hoſti. in c. dilecti. de iudic. Ita tñt cõiter cano. in c. paſtoralis. eo. ti. de iudi. ⁊ vide Bar. in l. cuſtodias. ſ. de pub. iud. ⁊ Bar. in l. prox. in l. non ſolum. ſ. alleg.

§. **De eo quoque** Vr̃ in iſto §. ꝙ ſeruus alicuiꝰ dicat eẽ, i quo hꝫ vſumfructũ, vel ei bona fide ſeruit. Contra in l. qui ſeruũ. ſ. ad Sil. ⁊ ead. l. §. ſerui appellatione. ⁊ §. ſꝫ in eo. Ad vtrunq; rñ. ibi tractat de pena inferenda ſeruo, ⁊ ideo ſignatio dñi reſtringit: hic vero loquitur de veritate indaganda, ⁊ ideo ſignatio dñi extenditur.

1 ☞ Filiofamilias delinquenti, publicatur proprietas quam hꝫ.
2 Bona patris ſi publicantur, publicatur perceptio vſusfructus quam hꝫ in bonis filij.

§. **Jubet** Quero, dr̃ hic ꝙ publicabitur. Querit gloſ. in verb. publicos. an fiſcus dabit p̃tiũ ſerui publicati: † Dicit ꝙ ſic, dic vt in glo. Ulterius iſte §. facit ad q. de
1 (see above)
filiofa. delinquente, vtrum publicet proprietas eius quam hꝫ,
2 facit, ꝙ ſic. † Itez ſi publicantur bona patris, vtrum publicetur vſusfructus perceptio, ꝗ̃ hꝫ pr̃ in bonis filij. Ego hanc q. latiꝰ
a examinaui in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. [a] ſ. de damn. infect.

ADDITIO.

a Alex. ¶ §. ſi de vectigalibus. Sed ibi nonponit hanc vlt. q. Et iſtud vltimum limita, niſi pater patiatur capitis diminutionez, per quam vſusfructus admittatur. Ita vult Bal. limitando p̃dicta in l. corruptionem. C. de vſufr. in vna addi. ⁊ vide Bar. in in l. iij. §. ſed vtrum. ſ. de mino. ꝙ deportatis, vel puplicatis bonis alicuius, ego non priuer vſufructu, vide tex. ſ. de pig. l. ſi ſuperatus. per Bal. in c. j. de controuer. inueſt. Non obſt. l. lex vectigali. de pig. vide tñ ibi Alex. vbi late ponit.

1 ☞ Dicto teſtis cum tortura creditur, non ei quod dixit ſine tortura.
2 Teſtis poteſt corrigere dictum ſuum incontinenti, ⁊ antequam cum partibus loquatur.
Aſſeſſores boni, qñ teſtis in dictis variat, faciunt ꝙ vnum tantũ dictum reperiatur.

1 §. **Sed ⁊ ſi negauerint.** † Not. ꝙ lꝫ teſtis anteꝗ̃ torqueat, dicat vnum, ⁊ poſtquam torquetur, dicat aliud, eſt ei credenduz, quod tene menti. Secundo no. ex hoc tex. vbi videtur caſus ex-
2 preſſus, ꝙ teſtis poſſit corrigere † dictum [a] ſuum, vt ſi primo di-
a ceret mendacium, poſtea poſſit dicere veritatem. Gl. tñ in auth. de teſti. §. quia vero. vr̃ dicere, ꝙ poſſet corrigere dictum ſuum incon-

incontinenti, ſed ſi iret, & loqueretur cũ partibus, non poſſet poſtea corrigere dictum ſuum. ita no. ibi, & cõiter obſeruatur. Sed illa gl. loquitur in correctione dicti, quam facit teſtis ſpõte. Sz ſi metu tormentorum vellet corrigere dictum ſuum, puto ei ſtã dum ſemper ante publicationem, per hunc tex. tñ boni aſſeſſores faciunt ꝙ non reperitur niſi vnum dictum, ſcz illud ꝙ dicũt poſt tormenta.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Corrigere dictum. Et qñ, & quõ poſſit corrigere dictum ſuum, vide Bar. & quod ibi habes in l. eos, j. de fal. & no. ꝙ ſi teſtis vnum dixit ſine tormentis, & aliud in tormentis, ſtatur vltimo dicto, vt hic vult Bar. qui ſequitur Bal. in l. iij. C. eo. titu. & Bar. in d. l. eos. Et quid ſi in tormentis non perſeuerauerit, vide Bal. in l. fi. de queſt.

1 ☞ Victus victori, an debeat condemnari in expẽſis in crĩalib⁹.

§. **Sireus.** Opp. ꝙ fiſcus ſoluat ꝑtium, & ſic eſtimari non dz, vt no. in §. iubet. ſ. ea. l. Rñ. fiſcus ſoluit ꝑtium ſerui, ꝙ eſt poſt torturam, & iõ fit eſtimatio, vt ſciat
1 quantum valebat plus añ torturam. ¶ † Vlti. not. hic quaſi caſum, ꝙ in crĩalibus victus victori debeat condemnari ad expenſas, & ad alia damna, ſicut in ciuilibus. l. non ignorat. C. de fru. & lit. expen. & facit ꝙ dixi. ſ. ea. l. in prin. & vr̃ tex. ſm vnã lect. in l. fi. C. de fruc. & lit. expen. facit l. qui crimen. C. qui accu. non poſſ.

LEX XXVIII.

1 ☞ Condictio ex lege hz locum in iſtis legibus antiquis.

1 **Quod ex his.** No. ꝙ ti. de cõdõne ex lege, hz locum in † legibus antiquis, & tñ l. j. C. de cõdi. ex lege, dt ꝙ ſi ex noua lege cauſatur obligatio, hz locum condictio ex lege, & ſic iſte leges Digeſt. dñr noue leges. Dic vt ibi.

LEX XXIX.

**Mariti.** Hec lex corrigit̃ hodie per auf. vt lice. matri. & aui. §. q2 vero plurimas. verſ. ſi de adulterio, poſitam. C. eo. ti. auth. ſed nouo iure.

1 ☞ Receptans aliquem ſemel ſi ille aliquid perdidit, talis receptans non tenetur tit. nau. caup. ſtab.
2 Nomina verbalia ſignificatiua alicuius officij, quod quis ſua authoritate aſſumit, non verificantur in vno actu.
3 Noĩa verbalia ſignificantia delictum verificantur in vno actu.
1 §. **Qui queſtum.** † Iſte §. facit ad queſt. Aliquis eſt hoſpitatus aliquẽ ſemel tũc ille talis ſemel receptus, aliquid perdidit, queritur an ille talis hoſpitator teneatur ex illo tit. nau. cau. ſtab. Gui. de Suz. tz ꝙ
2 ſic, per hunc tex. Ego † conſueui dicere ꝯrium, q2 iſta noĩa verbalia, que ſunt ſignificatiua alicui⁹ officij, ꝙ quis aſſumit ſua authoritate, vt mercator, & hoſpitator, & ſimilia, nõ verificantur ex actu vno: ſed requirunt aſſiduitatem. l. j. §. j. de tribut. & ideo nõ tenetur illa actione directa. ſed vtili ſic, vt ibi dr̃. Dixi plene in
3 l. legatis ſeruis. in prin. de lega. iij. & ibi videatis. Sed † in iſtis nominibus, que ſunt ſignificatiua delicti, vt effractor, raptor, & expilator, & ſimilia, vno actu verificantur, vt hic. Plene dixi in preallе. l. legatis ſeruis. in prin.

§. **Sex menſium.** Iſte §. legitur duob. mo. in gl. Pone caſum. Aliqua commiſit adulterium, pp quod fuit dimiſſa a viro ſuo, queritur, ſex menſes, a quo tpe incipiunt currere: Rñd. ſi quidem iſta repudiata durauerit vidua, incipiunt currere a die commiſſi crĩs: ſi vero nupſit ſecundo, a die diuortij. Hec lec. ponitur circa prin. gl. in verb. commiſ. crĩs. que incipit de adulterio. vide eam ibi, ſed in adultera hic incipit ponere caſum. & ibi dum dt. j. pr. §. dic hec eadem lec. ponitur. j. ea gl. ver. vel verius. Secundo modo legitur iſta lex in d. gl. vt ponat caſum ſic, quero, a quo tempore incipit currere tp̃s ſex menſium: Rñdet Juriſcon. ꝙ ſi quidez fuit vidua illa, que commiſit crimen, a tempore crĩs commiſſi: ſi fuerit nupta a tempore diuortij, hec lec. ponitur in d. gl. ibi, vel forte loquitur de ſtupro in vidua, &c. hec lec. non plz glo. & bene. Et ratio eſt, q2 in accuſatione ſilic vidue non ſunt ſtatuta tempora ſex menſium, in quibus vir accuſet intra lx. dies iure mariti, & intra alios quatuor menſes iure extnei. l. nec ea. §. j. ſ. e. ¶ Que
a rit d. gl. in fi.[a] quid ſi aliquis ſtetit in adulterio continuo ꝑ triennium, a quo tempore incipiemus tp̃s: Dñt quidaz a principio, vt l. ei qui. ſ. de fur. Alij dñt, ꝙ ab vltimo, & ſic vr̃ dicere gl. ꝙ de quolibet adulterio poſſit accuſari. No. bene hanc gl. que gl. vr̃ ꝯ id quod no. in l. vulg. ſ. de fur.

ADDITIO.

a And. Barb. ¶ Querit glo. Vide que remiſi ad l. quicunq;. C. de ſer. fug. ad Bal.

§. **Hoc quinquennium.** No. ꝙ tp̃s ſtatutũ in fi. l. vr̃ ꝙ porrigatur ad omnia capita legis. De hoc tangam. ſ. vi bo. rapto. l. pretor. §. ſi quis aduentu.

1 ☞ Preſcriptio ſtatuta accuſationi crĩali interrumpitur per ſolam libelli oblationem: ſecus in ciuili.
2 Interruptio, que fit per dationem libelli, non prodeſt niſi interrumpenti.

a §. **Quinquennium.** [a] No. ex lege iſta, ꝙ preſcriptio † ſtatuta accuſationi
1
b crĩali, interrumpitur per ſolam ꝓpoſitionem libelli[b], & ſic perpetuatur. Ad quod facit. j. pr. verſ. ibi, poſtulationis dies prima. & ſ. eo. l. miles. §. ſexaginta, quod ſecus eſt in ciuilibus, vbi requiritur citatio, vel lit. conteſt. quod eſt notan. Item ex ver. ſeq. no.
2 † ꝙ ciuilis interruptio, que fit per dationem libelli, non prodeſt niſi interrumpenti. plene no. in l. ſicut. C. de preſcr. xxx. an. Contra huc §. op. ꝙ tp̃s accuſationis alterius proſit alteri accuſanti, vt. j. eo. l. quinquennium. Sol. vt ibi dicam, &c.

ADDITIONES.

